Item adde, quod fideiuſsor deſiſtendo in criminalibus non habet beneficium excuſsionis, & ab eo iudex poteſt incipere, vt reum ſiſtat Bart. & Alex. in l. 2. ff. qui ſatiſd. cogantur, & Caſsan. ſuper conſuetud. Burgund. fol. 232. num. 171.

108 Item adde, † quod l. ſancimus non habet locum, quando promiſſio de exhibendo aliquem fuit iurata Bart. in l. ſi inſulam col. fin. ff. de verb. oblig. & ibi Rip. num. 62. & 91. Alex. conſ. 76. num. 8. & ſeq. vol. 5. vbi dicit, Doctores ita communiter tenere. Rube. conſil. 113. vbi ſimiliter dicit, quod eſt communis. Et licet Bald. in l. qui ad crimen col. 3. C. qui accuſ. non poſſ. tenuerit contrarium,

tamen

g *gato,* g *quod ſi iudex cõdemnat reum ex prima cauſa, fideiuſſor non liberatur, & fuit opinio Bart. in l. ſi quis reum, nu. 2. ff. de cuſto. reorum. Sed contrarium tenuit Bald. poſt Dyn. in l. qui crimen, num. 12. C. qui accuſ. non poſſ. & hæc opin. Bald.* 1 *apud nos de facto ſeruatur;*

h *ſolet enim primo* h *citari fideiuſſor ad conſignandum reum, & vbi non conſignet, condemnari: deinde citatur reus, & ſi non comparet, condemnatur. Et ita faciunt cauti iudices, vt dicit Alb. quem refert Nellus de bannitis, in ſecunda parte tertij tempor. quæſt. 6. & Boſſ. in loco prælleg. num. 51. in fi. Idem dicit Spec. in tit. de dolo, & contu. num. 23. verſic. ſed pone, quem refert Carauita ſuper ritu magnæ curiæ 158. num. 3. in fin. vbi etiam ſubdit, quod ita practicatur*

i *in omnibus curijs Regni:* i *& ideo ſi iudex primo citaret reum, & eo non comparente illum banniret non vocato fideiuſſore, ſi poſt bannum vocaretur fideiuſſor, vt il-*

k *lum ſiſteret,* k *eſſet excuſatus, ex facto enim iudicis videtur impeditus, ne illum conſignet. Et quamuis interuenerit etiam factum, & culpa ipſius rei principalis; non propterea debet fideiuſſor teneri, cum tempore debito monitus non fuerit, vt* l *illum conſignaret.*

23 *Sed* m *hic quæro, quan-*

m *tum tempus habeat fideiuſſor ad præſentandum reum. Reſp. quod de iure communi videtur habere dilationem ſex menſium, vt eſt tex. in l. ſancimus, quæ eſt lex antepenult. C. de fideiuſſ. Et ideo dicit Ang. in lege ſi quis reũ, poſt numerum ſextum, ff. de cuſtod. reorum, quod debet iudex facere, quod fideiuſſor renunciet beneficio d. legis; & ſubdit, quod aſſeſſores ita practicant. Sed certè apud nos non eſt in vſu diſpoſitio illius legis, & conſequenter, neque etiam practica illius renuntiationis, omnes enim fideiuſſores expreſsè recipiuntur de conſignando ad omnem requiſitionem, & toties quoties &c. & propte-*

tamen per Iaſ.in d.l.ſi in ſulam num.35.reprobatur, & ibi etiam ipſe atteſtatur de communi, idem habetur in deciſ.Pedemon.49.nu.11. *Baiard.*

n *Illius legis.*] Vide de hac materia Rom.conſ.137. *Roſ.*

109 o *Succeſſiue quæro.*] Adde,quòd vltra † pœnam promiſſam, quæ applicatur fiſco, fideiuſſor etiam tenetur parti ad intereſſe, Afflict.in deciſ.234.Foller.in pract. crimin. in fragm.nu.260.qui dicit communem,Viui.commun.opi.109. contrariũ autem tenuit Paul. de Caſtr.in l.2.§.in fideiuſſorem,ff.qui ſatisd. cogant. Cœp. conſil.25.num.2. Menoch.de arbitr.iud. caſu 304.nu.5. & Gram.ad Afflict.deciſ.234. dicit,quòd anno 1531. ſecus ſeruatum fuit in magna Curia Vicariæ in cauſa cuiuſdam Franciſci Paragalli cum quodam Franciſco Hiſpano, qui ſiſtere promiſerat Hieronymum ſuum nepotem in cauſa criminali,qui aufugit,& ipſe fideiuſſor carceratus fiſco pœnam ſoluit,& liberatus fuit,& iſta opinio videtur æquior, ne afflictio addatur afflicto, quando ſcilicet ipſe fideiuſſor non fuerit in dolo,vt reus fugam atriperet. ita dicit Lauren. Tenni.in caut.76. Et ego nunquã vidi in practica,quod fideiuſſor teneatur ad aliquod intereſſe partis,quando certa pœna eſt promiſſa, & idem affirmat D. Farinac. in quæſtio. 34. numero quinto,quem poſt hæc ſcripta vidi. *Batar.*

*n Illius legis.* Succeſſiue quæro, ſi fideiuſſor reum nõ conſignet, cui applicetur pœna promiſſa.

*Reſp. quod applicatur fiſco: & ita obſeruat conſuetudo, vt atteſtatur Bart. in d. l. ſi quis reum,num.4. de cuſtod. reorum, vbi etiã Ang.nu.7. dicit,quod* p *ita practicatur.*

*rea ceſſant omnes difficultates: quia ſumus extra* n *caſum illius legis.*

24 *Succeſſiue* o *quæro, ſi fideiuſſor reum nõ conſignet, cui applicetur pœna promiſſa.*

p *Ita practicatur.*] Et eſt generale Boſs.de pœnis nu.30. qua ſoluta non tenebitur ad aliquid verſus partem ita Farin.tit. de carceribus vol.1.q.34. per totam, & præcipue num.29. & 30. *Roſ.*

# QVÆSTIO XLVII.

## Explicantur multa, quæ ad fideiuſſionis de non offendendo materiam pertinent.

### *SVMMARIA.*

Ex Claro.

1 *De cautione de non offendendo.*
2 *Et nunquid a parte regulariter peti poſſit.*
3 *Et an poſſit iudex ex officio cogere partes ad illam præſtandam.*
4 *Et quid ſi pars illam petens dederit cauſam inimicitiæ.*
5 *Et an hæc cautio præſtanda ſit cum fideiuſſoribus.*
6 *Et quanto tempore duret.*
7 *Et quid ſi durante promiſſione de non offendendo inter aliquos vnus offendat alium,an poſſit deinde alius illum impune offendere.*
8 *Et quid in inducijs.*
9 *Et quid ſi ex noua cauſa ſequuta ſit offenſio.*
10 *Et quid ſi eodem tempore vnus alterum offendat.*
11 *Et an ſi quis offendat fratrem alterius, dicatur incidiſſe in pœnam.*
12 *Et quid ſi adulterauerit eius vxorem.*
13 *Et quomodo hæc pœna,& pro quibus portionibus tranſmittatur ad hæredes,remiſſiue.*

Ex Additionibus.

1 *Promiſſio de non offendendo quid ſit.*
2 *Offendere quando quis dicatur, vt incidat in pœnam promiſſam de non offendendo.*
3 *Offenſio verbalis an comprehendatur ſub cautione prædicta.*
4 *Offenſa perſonalis, & in perſonam quomodo differant,remiſſiue.*
5 *Cautio de non offendendo an duret extra territorium.*
6 *Et an comprehendat conſanguineos alienigenas.*
7 *Et an bannitum nominatum in tregua.*
8 *Et quid ſi adſit iuramentum.*
9 *Et quando intelligatur rupta,remiſſiue.*
10 *Mandatum ſpeciale requiritur ad petendam dictam cautionem.*
11 *Cautio prædicta an ſit præſtanda pro familia, & adhærentibus.*
12 *Et an a marito vxori.*
13 *Maleficium quomodo impediri poſſit,remiſſiue.*
14 *Cautionem prædictam petens iuſtam cauſam timoris probare debet.*
15 *Et quæ ſit iuſta cauſa,remittitur arbitrio iudicis.*
16 *Et quid ſeruetur in ſtatu eccleſiaſtico.*
17 *Iudex poteſt ex officio cogere: partes ad dictam cautionem.*
18 *Cautio prædicta ſi contineat diem,an currat de momento ad momentum.*
19 *Momentum quot modis ſumatur, remiſſ.*
20 *Cautionem prædictam præſtans ſub proteſtatione, quòd valeat,niſi ſimilis per partem fuerit præſtita, ſi interim offendat,an excuſetur.*
21 *Et proteſtatio prædicta an ſit admittenda.*
22 *Cauere nolentes ſunt carcerandi.*
23 *Pater an cogatur ad cauendum de non offendendo filio.*
24 *Spoletani habent manus nimium promptas ad offendendum e & ſe vindicandum.*
*24 *Rem duobus vendens an dicatur bene viuere.*
25 *Saluaguardia quid ſit,remiſſiue.*
26 *Fideiubens de non offendendo, an poſſit condemnari ex contumacia principalis.*
27 *Fama ſola ſufficit in caſu pacis ruptæ.*
28 *Item contumacia in ſtatu eccleſiaſtico.*
29 *Noua cauſa quando in dicto ſtatu allegari poſſit.*
30 *Fideiuſſor poteſt ſe defendere non obſtante contumacia principalis.*
*Cautio prædicta quamdiu durat.*
31 *Quando dicatur rupta.*
32 *Et quid de pace.*
33 *Pax facta a pluribus, ſi vnus offendat, an omnes teneantur.*
34 *Pace inter aliquos ſtante, in qua verbis generalibus tantum erant comprehenſi banniti, ſi aduerſarij in pace comprehenſi dictos bannitos proſequantur, & occidant vnum ex comprehenſis expreſſe in pace, qui bannitis fauebat, incidant in pœnam.*
35 *Auctor rixæ quomodo cognoſcatur.*
36 *Pœna an dicatur incurſa,ſi duo ad inuicem ſe offendunt,& auctor neſciatur.*
37 *Pax an dicatur rupta,ſi aliquis ex comprehenſis in ea ante ipſius ratificationem offendatur.*
38 *Fiſcus pace facta non agit ad pœnam nomine partis læſæ abſque mandato, neque etiam ſuo,ſi fiſci nomine non fuerit acceptata.*
39 *Cautio facta per totum menſem Maij, & vltra ad beneplacitum iudicis, non extenditur vltra dictum menſem, non facta declaratione beneplaciti.*
40 *Spurius an comprehendatur in pace.*
41 *Et an filij nondum nati, nec concepti tempore pacis.*
42 *Inſultatus occidens inſultantem non tenetur pœna pacis fracta.*
43 *Cautionem prædictam frangens tenetur ad pœnam conuentionalem,& etiam corporalem iuxta qualitatem delicti.*
44 *Cautio prædicta an rumpatur per exploſationem Archibuſij.*
45 *Et an per inſultum.*

Clericus

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

46 *Clericus præstans fideiussorem laicum, si offendat fideiussor coram laico conuentatur.*
47 *Cautione ab vtraque parte rupta, quomodo exigatur pœna.*
48 *Tregua inter aliquos existente, si fuerit facta pax, & vnus promiserit filium suum absentem, & in pace comprehensum, infra octo dies pacem ratificaturum post eius reditum, alias pœna tregua quoad filium tantum duret, si filius ignorante patre redeat, & vnum ex eis offendat, an pater ignorans, & non interpellatus ad pœnam tregua teneatur.*
49 *Tregua an rumpatur ex noua causa.*
50 *Causa noua in dubio præsumitur.*
51 *Et quid si fuerit promissum non offendere quomodocunque, qualitercunque, & ex quacunque causa, tam cognita, quam incognita.*
52 *Causa noua quomodo cognoscatur.*
53 *Auctor nouæ causæ non potest nouam causam allegare.*
54 *Pax non dicitur rupta ex parte prouocati, si incontinenti sequatur offensio.*
55 *Fideiussor an possit allegare nouam causam.*
*Inquisiti de pace fracta non audiuntur extra carcerem in statu ecclesiastico.*
*Et quid de fideiussoribus ipsorum.*
56 *Insultus dicitur noua causa.*
57 *Occisurus bannitum, si in actu occisionis alium occidat in pace comprehensum, non dicitur pacem frangere.*
58 *Offendens patrem, fratrem, vxorem, aut filium, an committat pœnam stipulationis.*
59 *Vindictam transuersalem committens incidit crimen læsæ maiestatis in statu ecclesiastico.*
60 *Et in Ciuitate Spoleti pingi debet in loco publico capite euerso.*
61 *Sponsus an comprehendatur nomine affinium in causa cautionis.*
62 *Rapiens filiam alicuius non dicitur frangere cautionem de non offendendo, etiamsi rapiendo, & abaucendo illam percuteret.*
63 *Offendens adulterantem suam vxorem, vel filiam rapientem non dicitur pacem frangere.*
64 *Lim. nisi pro tali iniuria pax inita fuisset.*
65 *Fur non dicitur pacem rumpere.*
*Fur, & adulter quando dicatur pacem frangere.*
66 *Adulterans mulierem vetulam, & deformem, non dicitur fecisse animo offendendi, sed libidinis causa.*
67 *Pœna pacis ruptæ quomodo sit diuidenda inter consortes.*
68 *Cautiones de non offendendo præstitæ in vno territorio, si in alio contrauentatur, an dicatur pax rupta.*
69 *Bannitus, cui ex dispositione statuti, audientia denegatur, non potest agere ad pœnam pacis ruptæ.*

---

## ADDITIONES
### Ad Quæst. XLVII.

a *Frequenter contingit.*] De cautione de non offendendo vide luculentissimè per Farinac. in eius praxi etim. 4 vol. q. 107. art. 2. partis primæ, & art. 3. 4. & 5. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. par. 2. artic. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 22. 23. vsque 35. par. 3. *Ros.*

*Frequenter contingit.*]

1 Adde, quòd † promissio de non offendendo est legitimum præsidium, quòd iuste timenti iniuriam sibi inferri, ad ipsius instantiam, vel ex officio præsidis, ne partes ad arma procedant, præstari solet: ita tradit Vulpel. de promiss. de non offend. q. 73. num. 3.

2 Item adde, † quando quis dicatur offendere, & quæ offensa proprie dicatur, vt quis teneatur ad pœnam promissam de non offendendo, Bero. consilio 202. numero primo, & 25. volumine tertio, & Cephal. in consil. 587. numero ttigesimonono volumine quarto, vbi dicit, quod illa dicitur propriè offensa, ex qua potest quis agere suo nomine actione iniuriarum; & Corn. in consilio 51. numero sexto, volumine primo, quòd offensa dicitur omne id, quod prouocat ad iracundiã, & meretur pœnam, licet quandoque large loquendo, dicatur offensa etiam illud, quod non meretur pœnam. Addent. ad Bertaz. in consilio 76. sed vide omnino Vulpell. in consilio 26. numero septimo, & octauo, vbi tenet, quòd quando agitur, quòd ex promissione vnius alter teneatur, verbum offendere strictissimè capitur; videlicet, vt iniuria fiat corpori, vel rebus corpori cohærentibus, & ad hoc allegat Deci. consilio 406. & Marsil. consilio 80. num. 31. vide etiam eundem Vulpel. in tract. de pace q. 91. cum sequen. vbi dicit, quod promissio de non offendendo generaliter, seu simpliciter præstita, etiam iniuria verbales † graues, tamen arbitrio iudicis, amplectitur: secus est autem, si est de non offendendo personaliter, vel in personam, quia offensas, quæ verbis fiunt, non continet, & ibi ponit etiam, quæ nam differentia sit inter offensam personalem, & offensam in personam, † & multa quando quis personaliter offendi dicatur. Et an † ista cautio de nõ offendendo obseruanda sit extra territoriũ, vide Franc. Hercul. de cau de non offend. c. 9. fol. 39, vide etiam Menoch. de arbitr casu 141. fol. 174.

6 Item adde, quòd † huiusmodi cautio de non offenden do, vel de con seruando pacem, non comprehendit consanguineos alienigenas, secundum Alciat. consilio 388. vel consil. 39. nobilium, tom. 2. lib. 6. fol. 127.

7 Item adde, † quòd nec etiam comprehendit capitaliter bannitũ. Hom. consil. 112. etiam quòd esset nominatus in tregua, & cum iuramento, secundum Gozad. consilio 61. numero decimoquarto, cum sequenti, sed contrarium tenet virtute iuramenti, Marsil. consilio nono, & consilio 107. numero decimoquinto, Grat. consil. 44. volumine secundo, & de hoc vide Hercul. d. tract. de caut. de non offenden.

8 cap. 23. vbi multos allegat, qui † tenent, quòd non obstante iuramento non comprehenditur, quando impune offendi potest.

Item adde, quòd cautio de non offendendo comprehendit etiam offendentem extra territorium loci, in quo non offendere promisit. Bart. in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. præsid. & Iaf. in l. fin. nu. 12. de iurisd. omn. iud. & ibi Marf. nu. 20.

9 Item adde, † quòd aliquando quis non tenetur pœna conuentionali, licet offendat aduersarium offensa, quæ pœnam mereatur. Bero. cons. 202. vol. 2. *Baiard.*

b *Ad præstandam fideiussionem.*] Latè Vulpell. tractat. de treu. de promissione de non offendendo post eius responsa quæstione 73. vsque 106. inclusiue, & an cogatur pro fratre Laderch. consilio 208. & Farinac. dicta quæst. 107. numero vigesimoquinto, vel pro filio Rodolfin. quæst. 47. *Ros.*

10 c *Et in primis.*] Adde, † quòd ad petendam huiusmodi cautionem requiritur mandatum speciale, vt per Alex. in cons. 78. col. 1. in fin. vol. 5.

11 Item adde, † an quis teneatur præstare cautionem de non offendendo e iam pro familia, & adhærentibus, vt per Lud. Bologn. in reper. §. Cato, col. 9.

12 Item adde, an, † & quando vxor possit petere istam cautionem a marito, Nat. in cons. 616. vol. 3. *Baiar.*

1 *Requeter*
2 *cõtingit*
*quòd post-*
*quam in-*
*dex man-*
*dat inqui-*
*situm è carceribus sub fide-*
*iussione relaxari, comparet*
*accusator, seu pars offensa,*
*quæ petit illum prius, quam*
b *relaxetur, cogi* b *ad præstan-*
*dam fideiussionem de eum*
*non offendendo: Nunc ergo*
*aliquid de ipsa cautione vi-*
*deamus.*
2 *Et* c *in primis quidem fa-*
c *cienda est generalis cõclusio,*
*quod Potest pars petere ab*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

d *Cautionem de non offendendo.* ] Adde Bald. in cap. 20. num. 1. de off. deleg. Io. Arno. sing. 30. statutum nostrum Pallauicinum in criminalibus. Rubr. 2. lib. 2. vide Plot. in l. si quando, §. 5. sub nu. 37. C. vnde vi, & nota, quòd de iure loquendo securitas non potest postulari, nisi appareat causa, Bart. in l. capitalium, §. ad statuas, ff. de pœn. *Drogh.*

*Cautionem de non offendendo.* ] Adde, quòd ista cautio nō esse debet ad tempus perpetuum, sed debet arbitrio iudicis moderari, vt per Felin. in rubr. de treu. & pace, col. 6. in fin. vers. tertia declaratio. Quid de inimico forensi, qui venit ad Ciuitatē, an possim petere ab eo ipsam cautionem de nō offendendo, vide per Felin. vbi supra in 4. declaratio. Et quale detur remedium ei, qui timet offendi a forense, vid. per Iaſ. in l. si super possess. nu. 7. C. de transf. Melch. de Fac. cons. 78. 2. dub. in 1. vol. Ziletti diuers. Scias ēt, quòd cautio de non offendendo non est superuacua inter fratrem minorem, & maiorem; vide per Rotam Senſ. decis. 7. nu. 3. Adde, quod non tenetur quis ad præstandū cautionem, quando non offendisset, nec offendere voluisset, sed potius se defenderet iure licito. Cæpol. crim. cons. 4. col. fin. vers. tertio sequitur. Et quæ sit causa iusta præstandi cautionem, remittitur iudicis arbitrio per Menoc. de arbitr. iud. cas. 140. *Giach.*

*eo, a quo timet offendi, sibi*
d *præstari*[d] *cautionem de non offendendo. & tenetur iudex illum cogere ad eam præstandam l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. præsidis.* [e] *Et hæc est receptissima omnium traditio, vt ait Placa lib. 1. delict. c. 7. nu. 1.*

3 f *Sed nunquid potest iudex*
*ex suo mero, & absoluto arbitrio, non præcedente aliqua causæ cognitione, cogere aliquem ad præstandam hanc*
g *cautionem?* [g] *Resp. quòd non, solummodo si petatur a parte, & cum iusta causa, & hæc est communis opinio, vt dicit Paris. consil. 168. nu. 10. lib. 4. quem refert Placa in*

13 e *Et hæc.* ] Adde, quod † pluribus modis prouideri potest, ne maleficia committantur, & octo modis docet Afflict. in constit. intentionis, num. 60. Et Iudex, vt obuietur delicto futuro, potest recipere testes non iuratos, & etiam infames audire, delictum reuelare volētes, ad inquisitionem procedendo, vt tradit Monticell. in prax. crim. num. 45. & Barbat. cons. 64. in princ. vol. 1. nam multa specialia à iure sunt introducta, ne delictum futurum committatur, l. nullus, C. de sum. trin. & fide Cath. vbi Bald. & Io. And. in c. Præterea de testib. dicunt, quòd vt obuietur futuro crimini, derogatur iuri: & Iudex tenetur obuiare delictis, aliter potest remoueri ab officio secundum Bal. in l. 1. §. quies, ff. de offic. Præfect. Vrb. & debet esse facilis ad credendum de delicto committendo ad hoc, ne cōmitatur, Glo. in c. hoc videtur, 22. quæst. 5. Barbat. vbi supra, Cassan. cons. 1. *Baiard.*

14 f *Sed nunquid potest Iudex.* ] Adde, an † petens cautionē de non offendendo iustam causam timoris probare debeat. Mascar. de probat. concl. 1370. & quæ sit iusta causa
15 timoris, remittitur arbitrio Iudicis, † secundum Menoc. de arbit. Iud. casu 140. nu. 40. & in statu Ecclesiastico pas-
16 sim, & † distinctē, nulla facta probatione de causa timoris, partes coguntur ad præstandum dictam cautionem, data prius cautione per partem, quæ petit cautionem sibi dari; & quando dubitatur de aliquo scandalo, coguntur
17 ex officio, † etiam inuitis ambabus partibus. Quinimò Iudex in sententia, quam profert ad fauorem inquisiti, potest iusta causa subsistente etiam ex officio condemnare inquisitum absolutum, ad præstandum cautionem de non offendendo querelantem offensum, vel testes contra eum examinatos, Franch. in decis. 359. vbi etiam tenet, quòd quando vanus est timor petentis reciprocā fideiussionem, pars nō tenetur reciprocè fideiubere. Item adde, q de iure potest Iudex ex officio cogere partes ad dictam promissionem, vt per Rot. Bonon. in decis. 65. vbi etiā habetur, quæ sit fideiussio de non offendendo, & tregua.

18 Item † adde, si in d. fideiussione, siue tregua apposita fuerit dies, an currat tempus de momento ad momentū, Corn. in cons. 279. in hac consultatione vol. 4. Et quot mo-
19 dis sumatur † momentum, vide gl. in l. 1. C. quæ sit longa consuet. in verb. appellat. & Gram. super constit. Regni in constit. appellationū tempora nu. 12.

*d. cap. 7. num. 1. in fin. Ego tamen plerumque vidi contrarium obseruari, quando subest timor scandalorum. Solent enim iudices, & debent cogere partes ad inuicem fideiubendum de se non offendendo, & omni appellatione, & exceptione remota: & vbi recusant fideiubere, eiiciuntur a ciuitate, sub comminatione grauium pœnarum. Et hæc practica mihi semper placuit. Debent enim omni studio iudices curare, vt in ciuitate omnia sint pacata, & tranquilla. Quinimò in multis locis, vbi quis minatur alteri, solet ille dari in* h *custodiam aduersario suo sub pœna*

Item adde, quòd pe-
20 tens † cautionem de nō offendendo, cum protestatione, quòd dicta cautio non valeat, nisi similis fuerit præstita cautio per aduersarios, quòd talis protestatio non excusat ab offensa, quæ exinde fieret. Vulpel. in tract. de pace q. 81. & ibi
21 etiam † dicit, quòd talis protestatio admitti non deber, nec dicta cautio, propterea annullatur, nisi in eo excessu, in quo discordaret à data per aduersarios; vt cōsuluit Lauren. ab Occha cons. 66. num. 17. vol. 2. cons. crim. diuers. & Bertaz. in cons. 183. num. 13. & 14. vol. 1. & ibi dicit etiā Vulpell. quòd in statu Vrbin. publico proclamate prouisum fuit, vt facta requisitione de cauendo sub pœna, cautiones sub eadem pœna pro præstitis habeantur, quod est optimum decretum ad euitandum scandala. Et apud bonos, & practicos iudices, quando fit præceptum ad cauendum de non offendendo, ponitur clausula, vt interim habeatur pro data, si recusant fideiubere, non sunt reijciendi a Ciuitate, vt dicit D. Clarus; quia hoc modo non ob-
22 uiatur scandalis, sed sunt † carcerandi, vt fideiubeant; & de dicta protestatione nō est curandum, etiamsiipse ex officio coactus fuerit ad præstandum dictam cautionē, quæ data fuisset cum conditione, quòd ab altera parte præstetur similis, & reciproca, alias non intelligatur data, scilicet, quando timor sit vanus, vt est, quando pars est senex, vel non apta ad offendēdum: & si fideiussio fuerit fracta, pœna erit exigenda non obstante dicta protestatione, & quòd ex aduerso aliqua fideiussio præstita non fuerit, ita tradit Franch. in decis. 359. per totam vol. 2. Idem tenuit Hercul. in tract. de caut. de non offen. c. 31. nu. 9. & ex traditis ibi etiam probatur, quod dicta protestatio nihil operatur, quando fuit facta ab eo, qui cautionē sponte dedit; secus si iussu iudicis; nisi timor esset vanus, ut dixi.

23 Item adde, quòd † si filius naturalis præstat fideiussionem de non offendendo patrem, ipse etiam tenetur reciprocam præstare fideiussionem filio instante, vt decisum fuit per sacr. Reg. consilium teste Franch. in decis. 418. vol. 2. Et ego dum eram Gubernator Ciuitatis Spoletanæ, vbi duabus vicibus fui Gubernator, pluries tam ex officio, quàm ad instātiam partium, fuerunt præstitæ cautiones inter patres, & filios legitimos, & naturales de se non offendendo, & si disputatum fuisset (prout in casu supra-
24 scriptæ decisionis) interim se offendissent, quia Spoletani habent manus nimium promptas ad se offendendum, & iniurias vindicandum. *Baiard.*

g *Resp. quòd non.* ] Farin. d. q. 107. art. 2. primæ partis nu. 11. & 12. & 19. 22. & 23. *Ros.*

h *Custodiam.* ] Hanc, vt puto, saluam guardiam appellat, quam nos dicimus fideiussionem de bene, recteque viuendo; Non enim in nostro statu strictior datur fideiussio: Franci illum, cui committitur talis custodia, appellant Gardiatorem, Gul. de Cuneo tract. de securitate, sub num. 28. & an si ille, qui datus sit sub ista salua guardia reperiatur occisus, possit Gardiator torqueri sine alijs indicijs, si non caueat aliunde de delicto; quod sic, ide[m] Guli.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Guli.vbi supra num.37.allegat in arg.auth.Vt lic.Matri, & Auiæ.§.pen.quæ est auth.si quis, C.de adult.& ad Syl. l.1. singulariter autem No.quod si aliquis constitutus sub tali fideiussione vulgo appellata de benè viuendo, vt sup pra, casu quo sic existens rem venderet † duobus, non dicereturbenè vixisse, Fabr. de Mont. Tract. De empt.& vend. 3.q. princ.sub num.50.allegat Gloss.in l.2.C.de dign.lib.12.At quò ad determinationem temporis,de quo infra vers. Item quæro. credo, quòd in eodem statu fideiussio indeterminatè duret per annum tantùm, stante statuto in ciuilibus,Titul. de Debitoribus cogen.Rub.36.vide Menoch. d. Tract. de Arb. Iud.lib.2. Centur. 1.cas.41. & melius Centur.4.cas.338. *Drog.*

*Custodiæ.*] Adde per Syl.nup.lib. 1. num.76. *Giach.*

i *Et hanc custodiã appellamus saluam guardiam.*] Adde † in hac materia saluæ guardiæ decis.Pedem.88.vbi plenè,vt Guid. Pap. decis. 418. Io. Feral.in tract. de priuileg.Regni Franciæ priuileg.16. Cassan. super consuet. Burg. in rubur.des iustices,vers. aduerte tamen , num. 46.fol.16. & in Cathal. glor. mundi in parte 1. num.118.& 165.& Neuiz.consil.83.vbi ponit differentiam inter saluã guardiam generalem, & specialem, vide etiã Menoch. de arbitr. iudic.d.cas.33. *Baiar.*

k *Saluaguardiam.*] Adde, quòd saluaguardia data ex aliqua causa , cessante causa cessat, licet non fuerit abolita, & est perinde ac si data non fuisset per Her.c.d. tract.c.30.nu.56. *Giac.*

l *Sed quæro quomodo.*] Adde, quid agendum, quando quis petit sibi dari cautionem de non offendendo à forense. Felin.in rubr.de tregua,& pace in 4.declaratione Ias.in l.super possessi.num.7.C.de transact.& Melch. de Facinis cons.78.inter cons.crim.diuers.vol.1.

26 Item adde,quòd isti fideiussores de nõ offendendo sub pœna,non possunt teneri ad pœnam, neque cogi ex processu,& banno lato contra reum principaliter ratione suę contumaciæ;etiam alijs indicijs,& præsumptionibus cõcurrentibus,sed legitimę probationes requiruntur.Bero. in cons.203.per totum vol.3.nec ex dicto vnius testis de visu,& contumacia asserta delinquentis,secundum Plot. in cons.130.nu.22. inter cons.crim.tomo 1. dicit tamen Vulpell.in tract.de pace quæst.104.in fine,quòd leuiores probationes sufficiunt,quia contumaciæ principalis fisci

i *vitæ*, i *hanc custodiam appellamus*
K k *Saluaguardiam, quam Senatus ex causa quandoque solet concedere, præsertim quãdo aduersarij sunt potentiores, & manu promptiores* l. *Et hoc etiam seruari de consuetudine Franciæ attestatur Aufrer. ad decis. Tholos. 489. & Marcus decis. 125. numero secundo.*

4 *Sed pone, quod pars, quæ petit sibi caueri de non offendendo, fuerit illa, quæ dederit causam inimicitiæ: nunquid poterit eius aduersarius ei hoc obijcere, & recusare illam præstare? Respondeo, quòd non: sed eo non obstante, adhuc cogendus est, vt eam præstet. Ita tenet Bart. in l. qui bona fide, §. si quis iuxta, nu.1. de damn.infect. & est communis opin. vt dicit Ripa in rubr. de iud. post nu.14. vers. præmissa etiam, Ant.Gomes.cap.12.delictorum, post nu.14.versic. quod etiam extende.*

5 *Sed quæro, quomodo præ-*
l *standa sit hæc cautio. Respondeo, quòd debet præstari cum fideiussionibus; & ita seruatur de consuetudine, vt dicit Alber. in l. non est verisimile, in princip. vers. Sed vidi dubitari, ff. quòd metus causa. Et ita semper vidi seruari, etiam quòd pars multa bona possideat. Bene verum est, quòd si ille, a quo petitur hæc cautio, sit pauper, ita vt verisimiliter non possit inuenire fideiussorem, tunc admittitur ad præstandum loco fideiussionis iuratoriam cautionem, & hoc*
m *dummodo* m *sit bonæ vocis, & famæ: aliàs enim non esset de eo cnnfidendum; sed debet iudex illum potius cogere, vt exulet; neque excusatio paupertatis esset hoc casu admittenda; nam homines malæ vitæ, & condi-*
n *tionis* n *quantò sunt pauperiores, tanto etiam promptiores sunt ad delinquendum, cum non timeant confiscationem bonorum, qua non habent.*

6 *Item* o *quæro, quanto tem-*
o *pore duret hæc cautio, & promissio de non offendendo. Respond. Aliqui dixerunt, quòd tantum durat 30. diebus; & hanc dicit esse communem opin. Alber. in d.§. ne potentiores post numerum quartum, versic. item quæro quanto. Sed certè hoc non seruatur in practica, sed solet limitari tempus arbitrio iudicis, & si intra illud tempus non cessauerit causa suspicionis, tunc iudex potest, ac debet cogere partes per aliquod tempus, antequam expiret, ad illam renouandam. Et aduerte, quia ex negligentia iudicum super hac renouatione facienda, vidi ego in facto multa mala contingere. Et hanc opin. quod tempus, quo habet durare hæc cautio, relinquatur iudicis arbitrio, dicit esse communem Ripa in rubr. ff. de damno infect. nu. 23. quem refert Placa in d. cap 7. num.4. & ab ea (præsertim stante consuetudine) nullo modo est in practica recedendum.*

27 probationes plurimum coadiuuant: & † Alexan. in consilio 115. viso themate colum.3. versic. quinimò, volum. 4. tenet, quod in pace rupta, etiam si non esset plenè probatum delictum, sufficiat, quod in loco delicti sit publica vox, & fama. notat latè, & sequitur Marsil.in l. de minore §. plurimum, colum.3.ff. de quæst. & latissimè per Iustin.Bonden. in consilio 54. numero trigesimoquarto, & per totum, maximè concurrente condemnatione principalis, & quòd delictum de nocte commissum fuisset inter consil.crim.diuer. vol.2.

28 Item adde,quod † in statu ecclesiastico prouisum fuit per motum proprium Pij Quarti,de quo in Bullar.f.870.qđ fideiussores de non offendendo teneantur ad soluendum penam promissam per solam contumaciam principalis, ac si per testes plenè delictum, & contrauentio probata esset: non autem per hoc prohibetur, quin fideiussores ipsi comparere non possint, & ostendere se ex tali delicto non teneri, secundum Bertaz. consilio 280. & 287. dummodo prohibitum non sit allegare nouam cau-
29 sam, † quæ in certis casibus allegari non potest per motum proprij Quinti, vt latè posui infra ad vers. quæro nunc pone. *Baiard.*

m *Sit bona vocis.*] Farinac.dicta quæstione 207. parte prima,art.4. num.36.39.40.42. & 43. *Ros.*

n *Quanto sunt pauperiores.*] Adde sic etiam contra pauperes supra quæst.8. versic.Scias tamen in fine, quæstione trigesimatertia, versic. sed hic, vbi remissiue. *Drog.*

o *Item quæro, quanto tempore duret.*] Vide superius: adde, quod potest reuocari ad iudicis libitum, etiam inuitis partibus, cum pendeat ex eius officio nobili; vt per Hercul. dicto tractatu de cautione capitulo duodecimo, numero septimo.

Item scias,quod castigantes ex nimia sæuitia, vt maritus,pater,auus,tutor,& similes, nisi adsit dolus, cautionem præstitam non fragunt, vt per eundem Hercul. eod.tract.c.34.nu.10. *Giach.*

*Item quæro.*] Farinac.vbi supra artic.5. num.45. per totum. *Ros.*

30 *Item quæro,quanto tempore.*] Adde † Menoch.viden. in casu 141.de arbitr.iud.vbi habetur quanto tempore duret hæc cautio. *Baiard.*

Sed

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

p *Sed quoniam.*] Farin.d.quæst.107.par.3.nu.404. *Ros.*

33 *Sed quoniam plerumque.*] Adde, quomodo† cautio ista de non offendendo rupta dicatur, vel nõ, vt per Mascard. 32 de probat.conclus.1131. & ex quibus pax dicatur† rupta, per eundem habetur in conclus.1157.volum.3.

33 Item adde† aliã quæstionem, quod si plures fecerint pacem cum aliquibus, & promiserunt eos non offendere sub pœna mille, si postea aliquis eorum offendatur ab aliquo ex parte, non tenetur solus offensor ad pœnam conuentionalem, sed quilibet de parte offendente pro virili portione, ita tradit Alex.in consil.116.vol.4. de quo consilio vide Thob. Non. in consilio 152.num.17. inter cons. crim.diuers.to.1. vbi dicit, quòd Alex. loquitur quando plures, qui fecerunt pacem, considerantur, vt vnum corpus.

7 *Sed* p *quoniam plerunque*
p *secuta aliqua offensione post datam fideiussionem solet de varijs quæstionibus dubitari, non impertinens existimaui de eis etiam aliquid subijcere.* q *Quæro itaque in primis, facta per aliquos promissione de non offendendo, prout fit, quando contrahitur pax, vel præstatur hæc cautio, nunquid si vnus ipsorum offendat alterum, & sic frangat pacem, possit alter* r *impune illum offendere? Resp. quod sic: ita sentit Bartol. l. cum pater, §. libertis, in fin. ff. de legat.2. & ita communiter concluditur, vt attesta tur Alex. in l.cum proponas num.6. C. de pactis. Hanc etiam esse cõmunem opinionem, dicit Alex.consil.115. num.7.lib.4. Dec.cons.380. num.2.Pars.cons.164.num. 23.lib.4. Claud. in d. l. cum proponas, num.6.* s *Cephalus consil.35.num.27.lib.1. & dicit Corn.consil.42. in litte ra F. lib.2. quod in hoc omnes concordant. Et hoc etiam si in contractu apposita esset*

34 Item adde† aliam quæstionem, quòd pace, seu tregua inter aliquos inuicem de se non offendendo, & cum iuramento facta, quorum aliqui ex vna parte non expressè, & nominatim, sed verbis generalibus tantum comprehensi in tregua, & pace banniti erant, & rebelles, poterantque de iure ex sententia contra eos lata offendi, & occidi, si aduersarij in pace, seu tregua comprehensi, illos bannitos occisuri ad locum aliquem accedant, & eos interficiant, & cum eis alium non bannitum expresse in pace, seu tregua comprehensum, quòd bannitorum erat socius, & defensor, si pacem, seu treguam non rupisse dicuntur, vt latè per Bero.in consil.196.per totum volum.3. & in consilio seq. *Baiar.*

q *Quæro itaque in primis.*] Offensionis appellatione quid veniat, Farin.d.q.107.par.2.num.142.art.13. & an ex solo insultu art.14.nu.158.vbi ponit 12.casus. Quid si modica sit offensio art.15.nu.210. Et an sit materia fauorabilis; aut odiosa art.31.nu.396. *Ros.*

*Quæro itaque in primis.*] Adde videndum omnino Vulpell.in consil.118.vbi tenet, recurrendum esse ad coniecturas. & præsumptiones ad cognoscendum, quis fuerit ag-
35 gressor, † siue auctor rixæ, & ibi ponit multas præsumptiones; vide etiam Hercul.de caut.de non offen.in c.30. vbi latè, quando quis fatetur se vulnerasse ad sui defensionem, & non apparet, quis fuerit inceptor rixæ.

36 Item adde, quòd † in dubio non præsumitur aggressor, si tractatur de pœna conuentionali, & commodo priuati, Mascard.de probat. concl.72. nu.15. & quando ambo sunt vulnerati, & non apparet de inceptore, an teneatur ad pœnam conuentionalem de non offendendo, vel de pace seruanda, vide quæ posui supra in §. homicidium vers.alia est defensio, ibi bene verum est in fin. num.233. Tiraq.de pœn.caus.62.vbi nu.1.tractat, an puniatur.

37 Item adde, quod pax† aut tregua facta inter aliquos etiam pro absentibus, pro quibus Notarius fuerit stipulatus, aliquo ex dictis absentibus ante ratificationem illius offenso nullum ei, aut hæredibus ius ad pœnam agendi competit, nec pax dicitur rupta, etiã quod post offensam offendens ratificasset, Bero.in cons.199.vol.3.Decian.consilio 24.num.61.vol.1. & latissimè Rim. in cons.103. vol. 1.& cons.470.vol.4.vbi idẽ tenuit, quando extarent constitutiones, quòd condemnationes præiudicarent principalibus delinquentibus comprehensis in pace, licèt non fuissent in pace nominati, nec etiã ratificassent, declarando dictam constitutionem non habere locum in ignorantibus, & absentibus, & ibi multi contrarium tenẽtes. Sed si principales pro absentibus de rato promisissent, tunc pax, aut tregua esset rupta ante ratificationem, quantum ab obligandum principales, quoad pœnam conuentionalem, Dec.cons.531.in fi. & Moron.in tract.de fide, tregu. & pace, q.135.nu.1.

38 Item adde,† quòd fiscus pace fracta nomine partis læsæ absque mandato ad pœnam rectè non agit, neque nomine suo, si publica persona pœnam promissam fisci nomine nõ acceperit; & nisi plena, & legitima probatio fuerit facta de offensa; Bero. in cons.200.vol.3.

39 Item adde, si quis sub pœna promiserit non offendere, nec offendi facere aliquem per se, vel per alium de sua parentela, pro quibus de rato promisit, & quòd promissio esset duratura per totũ mensem Maij, & vltra ad beneplacitũ Præsidis, eo offenso per vnum de d.parentela, post mensem Maij, durante adhuc officio præsidis, & nulla facta declaratione beneplaciti, promittens ad pœnam non tenetur secundum Bero.cons.204. vol.3.

40 Item adde,† si pater promitteret pro se, & filijs suis non non offendere, vel pacem conseruare, quòd etiã filij spurij intelligerentur comprehensi, vt late per Rim.iun.in con-
41 silio 442.per totum vol.5.& an filij non nati,† nec concepti tempore pacis intelligantur comprehensi, Bertaz.consilio 30.& 185.vol.1.& cons.282.volum.2.& Rimin.iun. cons.101. vol.1.

42 Item adde,† quòd si vnus ab altero insultatur, & ille insultatus se defendendo occidit insultantem, & excessit modum in se defendendo, non punitur pœna conuentionali, sed pro excessu tantum. Afflict.in decis.206. incip.pe nes, & apud acta, & Foller.in pract.crim.in verb.recipian tur defensiones, nu.14. *Baiar.*

43 r *Impunè illum offendere.*] Adde, quòd † offendens aliquem, cum quo habet fideiussionem de non offendendo, poterit ab eo exigi pœna fideiussionis, & puniri etiã pœna corporali iuxta qualitatem delicti, Mari.cons.9.col.fin.& Foller.in pract.crim.in verb.debitus, pœnis, nu.23. *Baiar.*

44 s *Cephal.cons.35.*] Item adde, † quod fideiussio de non offendendo facta in personam tantum, per explosionẽ archibusiatæ non rumpitur, quando non adest offensio.

45 Gabr.cons.171.nec† insultu rumpitur fideiussio, quæ est de non offendendo in personam, Alex.in l. semel mora. ff. solut.matri.& Grat.in cons.3.nu.3.vol.2. contrarium tenuit, scilicet, quòd ex insultu, & sola inuasione proxima maleficio fiat, quòd tregua dicatur rupta. tenuit et Lud. à Peguer.in q.crim. c.21. & maxime stante stipulatione de non offendendo, & iniuriam inferendo.

46 Item adde, si † clericus præstiterit fideiussionem de non offendendo laicum, & laicus erit fideiussor, poterit conueniri coram iudice laico, Afflict. decis.206. & Guido Pap.decis.562.

47 Item adde, quod Cephal.d.cons.36.nu.31. & seq. † dicit, quòd si ab vtraque parte fuerit contrauentum, partes non poterunt agere ad pœnam conuentionalem, quia mutuæ pœnæ compensatione tolluntur, & quia est iudicium ciuile: sed fiscus pœnam fibi applicatam in instrumẽto ab vtraque parte exigere poterit, quia est iudicium criminale: ad hoc vide etiam Vulpell.in cons.89.per totum, & in tract.de pact.q.103.vbi tenet, quòd fiscus pœnam cõuentionalem exigere poterit: sed vide, quæ posui supra in §. homicidium, in vers.est etiam defensio.

48 Item adde, † quòd tregua inter aliquos prius existente sub pœna, si postea pax inter eosdẽ facta fit, & vnus ex eis promittat filium suum absentem, alias in tregua comprehensum, pacem ratificaturũ infra octo dies post eius re-

ditum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

dictum in patria, alias pœna, de qua in tregua iam facta inter dictas partes, in suo robore pro d. filio tantū remaneat ex eo, ꝙ ignorante patre dictus filius in patriam reuersus pacem no ratificauit, sed vnū de cōprehensis in pace vulnerauit, pater ignorans, & non interpellatus, vt faceret filium ratificare, ad pœnā dictam non tenetur, secundum Bero. in consil. 205. volu. 3. Ego autem de huiusmodi conclusione valde dubito, & credo, posse agi ad pœnam in tregua contentā, quæ fuit reseruata, donec ratificationem infra octo dies post reditum in patriam facere tenebatur, & iste est verus intellectus illius stipulationis, ni fallor, & ideo fuit dictum, quod in suo robore pro dicto filio tantum remaneret, & non fuit dictum, ꝙ post octo dies non secuta ratificatione intelligeretur renouata, ex quo parum facere videtur responsio Beroi dicentis, quod dicitur renouata, si pater esset in mora faciendi ratificare filium infra octo dies, eo maximè, ꝙ tregua non erat extincta, quia nondum pax erat inita, siue perfecta cum filio, alias filius nō fuisset tutus, cū amplius non fuisset sub tregua, nec sub pace, nisi elapso dicto tempore, ꝙ non est dicendum, alias resultaret istud inconueniens contra bonum publicū, & mentem cōtrahentium, qui viuebant sub tregua, & vt magis tuti essent, pacem inierunt, & voluerunt treguam quo ad filium tantum in suo robore permanere, donec ratificasset, & quòd pater teneretur ad faciendum eum ratificare infra dictū tēpus: accedat etiam, quòd si fideiussio treguæ extincta fuisset, amplius reuiuiscere non poterat sine noua stipulatione cum fideiussoribus fienda. Ergo dicendum est, quod in suo robore vsque ad ratificationem remanebat, & sic filius erat tutus sub tregua ante ratificationem, & post ratificationem sub pace, ex quo sequitur, quod similiter pars aduersa tuta erat sub tregua, & ideo offendi ab eo sine fractione ipsius treguæ non poterat. *Baiard.*

t *clausula, quod pœna toties committatur, quoties contra factum fuerit: adhuc enim iste, qui posteriore loco offendit, non dicitur in pœnam incidisse. Et hanc opinionē tanquam communem sequitur Alex. in allegato cons. 115. nu. 8. & seq. Pet. Bel. de re militari, fol. 136. nu. 52.*

u 8 *Sed hic incidenter quæro, Pone, quod sint factæ inducię, vel (vt nostri Doctores appellant) tregua, inter aliquas partes; nunquid si vna pars frangat inducias poterit altera pars eis contrauenire? Respond. Aliqui dixerunt, quod non, sed quod tenetur eas nihilominus obseruare: & fuit dictum originale Vincent. in cap. inter verba. 11. quæst. 3. Et hanc op. dicit esse communem Decia. in c. constitutus, il t. post num. 2. vers. ad prædicta, de appella. Gratus cons. 105. num. 1. & seq. lib. 1. Et dicit Imola in d. l. qui seruum, num. 2. quod ita obseruatur de consuetudine, prout illum refert Soc. cons. 262. in fin. lib. 2. quod est duplicatum consil. 90. lib. 3. Sed certè Imol. ibi hoc non dicit, sed tantummodo refert Vincent. dicentem ita seruari in Hispania: & subdit, quòd illud videtur potius de consuetudine, quam de iure. Et Vincentium ita attestantem refert etiam Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de tregua, & pace, super rubr. & Alex. in d. l. cum proponas, num. 3. & Jas. in d. l. qui seruum, num. 3.*

x 9 *Quæro nunc, Pone, quòd existente inter aliquos rixa, seu inimicitia, facta fuerit inter ipsos promissio de non offendendo sub aliqua pœna, & quod deinde ex noua causa siue rixa superueniēte vnus eorum alterum offendat: nunquid dicetur commissa pœna? Respond. Bartol. in l. aut facta, §. causa, numero 1. ff. de pœn. tenuit, quod non. & ita communiter teneri attestatur Cornel. in d. consilio 42. in littera B. Hanc etiā dicit esse communem opinio. Alexan. in l. qui insulam, numero 4. ff. de verb. obl. prout illum refert Paris. in d. cons. 165. num. 26. lib. 4. licet in libro meo Alexan. id non dicat: refert etiam Taeg. in pract. crim. cap. 13. num. 6. in fi. Soctun. cons. 103. num. 7. lib. 3. Et dicit Bald. in cap. 1. in princ. nu. 2. de pace tenenda, quod ita tenent communiter Doctor. & ita in facti contingentia consuluit Rom. consil. 158. Mantua. cons. & Gomes. Arias super lege 36. Tauri, num. 12. Ego credo cōtrarium de iure verius esse, scilicet, quod pars nullo modo teneatur obseruare treguam, ꝙ quam eius aduersarius fregerit; & ita etiā semper vidi vbique obseruari. Et dicit Corn. in d. cons. 42. in littera E. se putare, quòd illa opin. nullibi seruetur in practica; Claud. in d. l. cū proponas, nu. 4. attestatur, quod vbiq; contrarium seruatur, præterquam in Hispania.*

y

z

t *Quod pœna toties committatur.* ] Adde, quòd talis clausula solita est apponi in Instrumentis, quæ tamen parum, vel nihil operatur; & de ista clausula supra q. 46. in princ. & vers. Quæro quæ debeat. *Drogh.*

u *Nu. 52.* ] Vide per Soc. cons. 87. 7. dub. vol. 2. *Giach.*

x *Sed hic incidenter.* ] Vulpell. in tractat. de indit. post cons. & Far. d. q. 107. art. 32. par. 2. nu. 406. *Ros.*

y *Quam eius Aduersarius fregerit,* ] Adde, quod tamen quatenus opinio Vincentij procedat, illa strictè intelligitur, & in tregua tantum, non autem in promissione de nō offendendo facta ad tempus, ad quam Iudex partes coegit, vt supra: ita dixit Petr. de Benintend. decisio. 65. nu. 5. vbi loquitur in his terminis. *Drogh.*

z *Quæro nunc.* ] Vulpell. cons. 2. nu. 39. & cons. 7. n. 13. & cons. 8. n. 1. & cons. 9. in fi. & cons. 26. num. 9. & 11. & cons. 36. num. 7. & seq. Et an sola admenatione cons. 49. & quid sine sanguine consilio 51. Quid ex alapha cons. 58 & 78. & 82. 88. & 89. & origo rixæ attendenda cons. 98. nu. 1. & 6. Quid veniat offensionis appellatione, vt censeatur rupta cautio, vel pax Far. d. q. 107, part. 2. art. 13. n 142. & seqq. & art. 3. par. 3. nu. 403. & trib. articulis seqq. *Ros.*

*Quæro nunc, pone.* ] Adde, quod in hac † quæstione indistincte posita, maxima est inter Doctores cōtrouersia, multi. n. tenuerunt hoc tantum procedere in pace, nō autē in tregua, quā voluerunt ob offensā ex noua causa factā ruptā esse, & pœnā commissā, vt latè per Moron. in tract. suo de pace, & tregua q. 117. & 118. vbi recitatis Doctorum opinionibus, cōcludit veriorem esse, ꝙ tregua ad instar pacis ex noua causa nō rūpatur; dicit tamen, qđ bonū esset habere iudicē amicū, & quod in arduis optimè faceret iudex Principē consulendo: & hanc similiter dicit veriorem Bero. in cons. 206. nu. 13. vol. 3. Viu. opin. 227. lib. 1. & Benint. in dec. 65. n. 4. Vulpel. vero in tract. de pace. q. 72. dicit, quod in tanta maiorū nostrorū altercatione animus suus adhuc in dubio versatur, & ibi ponit quandam suam distinctionē, quam videre poteris. Sed ego in facti contingentia opinionem negatiuam tanquam verissimam semper seruaui, & seruari vidi, nam ratio, quæ militat in pace, militat etiam in tregua, vt ait Benint. in allegata decisione, & multas alias rationes, & fundamenta adduxit Moron. in dicto tractat. quæstione 319. 320. & 321. & ratio est, nam id quod non subijcitur materiæ belli, non venit in materia pacti, vel pacis, vt ait Bald. in l. si prædium, numero decimoseptimo, C. de ædilit. action. & in dubio † causa noua præsumitur. Alexand. consilio 115. volumine quarto, & Bero. in consilio 198. numero 14. volumine 3.

Item adde, † quòd etiam ex noua causa tenetur ad pœnam conuentam, si promissum fuerit sibi inuicem, & vicissim non offendere, molestare, inquietare, & damnificare quomodocunque, qualitercunque, & ex quacunque causa tam cognita, quàm non cognita, ex quibus verbis



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

partes videntur voluisse, siue ex antiqua, siue ex noua causa conuenta pœnæ locum esse, ita tradit Rimi. iun. consil. 101. nu. 23. & per totum vol. 1. sed in eodem casu Rimin. contrarium, & melius iudicio meo consuluit Bertaz. in cons. 185. vol. 1. & 282. vol. 2. *Baiard.*

a *Quando apparet de noua causa.* ] Quomodo autem noua causa probetur, ibid. art. 33. nu. 432. & an sufficiat leuis, art. 34. nu. 460. & seqq. vbi ponit. 18. casus, item art. 34. par. 3. n. 462. & seqq. Quid si prohibetur causa allegari art. 35. n. 499. *Ros.*

*Quando apparet de noua causa.* ] Adde, quòd † ad cognoscendum quando sumus in dubio, an sit verisimile, & præsumatur, quòd ex noua causa, vel antiqua causa offensa illata fuerit, considerandũ est, si qualitas nouę offensæ correspondet qualitati antiquæ offensæ; tunc in dubio offensa debet præsumi illata ob antiquã causam, & inimicitiam, super qua pax, siue treuga fuit facta, si vero qualitas nouæ offensæ non correspondet qualitati antiquæ, tunc pax siue tregua nõ dicitur rupta, quia debet præsumi offensa facta ex noua causa, & non ex antiqua, ita tradit Bal. in l. si prædium in pen. & vltim. col. C. de ædilit. actio. quem sequitur Alexan. in l. semel mora, ff. solut. matr. Ceph. in cons. 35. num. 5. hic allegato, & Bero. in cons. 206. num. 12. vol. 3. & an offensa magis respondeat nouæ, quàm veteri causæ, iudicis arbitrium terminare debet, ita Vulpell. in tract. de pace q. 47. *Baiar.*

b *Prout in facti contingentia consuluit Cephal. cons. 35.* ] Adde Hercul. de caut. de non offend. c. 13. & decis. Lucẽs. 100. & q simplex insultus, propter quẽ insultatus insultantẽ offendit, dicitur esse noua offensionis causa, vt offendẽs de pace rupta non teneatur. Bero. in cõs. 198. n. 2. vol. 3. & Alex. in l. seruum, ff. de verb. oblig. *Baiard.*

c *Item intellige.* ] Adde, quòd vbi † auctor, qui fuit, nouæ causæ, pacem, vel treugam rupit, nouam causam allegare non poterit, ne ex sua fallacia præmium cõsequatur; & ne homini licitum sit legem eludere, arg. l. qui testamẽtum, de probat. & dicit Alex. in cons. 39. volum. 6. Marsi. in sing. 336. quod incipiens rixam, si offendatur, non rumpitur pax, vel tregua. Et de prædictis latè per Moron. in tract. de fide, pace, & tregua quæst. 122. & 123. vbi habetur; quæ dicatur iusta causa, & in quæst. 124. & 125. habetur, quòd pro parte pronocati pax non dicitur rupta, † si incontinenti sequitur offensio, & non ex interuallo; & quod pax non dicatur rupta pro parte pronocati, si incontinenti sequitur offensio, & non ex interuallo, tenet etiam Vulpell. in tract. de pace q. 103.

Item adde, quòd ad hoc, vt quis teneatur de pace, seu tregua rupta, necesse est, quod constet de contrauentione legitimè, & plenè per testes, vel per veram confessionem principalis, Bero. in cons. 197. nu. 2. vol. 3. Et si statutum disponeret contumaciam rei principalis nocere fideiussoribus, per hoc non prohiberet, quòd fideiussores ipsi nõ possent comparere, & ostendere, se ex tali delicto non teneri. Bertaz. cons. 280. & 287.

*etiam fatetur Boss. in loco*
*præalleg. & in tit. de delicto.*
*num. 46. Et ita omnino ser-*
*uandum esse, in facti contin-*
*gentia senatus expresè re-*

*scripsit prætoribus Fontanellæ, & Romanenghi, 11. Augusti. 1558. Et est (iudicio meo) optima practica, ne (si publicetur processus) possint contumaces instrui de indicijs contra eos existentibus, & subornare testes, & deinde comparere.* x *Ipsis autem contumacibus condemnatis, fit publicatio processus, quò ad præsentes, daturque eis co*
y *pia, deletis tamē prius,* y *quā-*
*tum commodè fieri potest, no*
*minibus contumacium, at-*
*que ijs omnibus, quæ ad eos*
*pertinent, quatenus tamen*
*quo ad præsentes per huiusmodi delætionem non tollatur*
*vel in minimo facultas de-*
*fensionis.*

z *Item scias,* z *quod nun-*
*quam publicatur processus,*
*neque datur copia parti, nisi*
*prius factis debitis testium*
*repetitionibus, iuxta ea quæ*
*dixi supra quæstione 45. non*
*enim datur reo copia indicio*
*rum, quæ iudex sumpsit super*
*processu informatiuo, nisi*
*postquam sunt eo citato legi-*

sis criminalibus, vt se abstineant ab huiusmodi repetitionibus, quæ fiunt ad instantiam partium, nam sępenumero processus inuoluunt, ac destruunt, magnamque præbent occasionem subornationibus, & falsitatibus testiũ; & licèt de iure communi permittebatur inquisito, vt posset facere interrogatoria testibus cõtra ipsum examinatis; hodie tamẽ de stylo omnium Curiarum non dantur, quia inquisitus habet repulsam. Foller. in verb. recipiãtur defensiones, nu. 32. quem sequitur Clar. in quæst. 23. item quæro. Stantibus itaque prędictis, concludendum est, quòd iudices nullo modo dictas reseruationes admittere debent, cum sint ita præiudiciales, maximè, quia a magna Curia Vicarię, (quę 36 † est maius tribunal totius Italiæ) reijciuntur, iuxta illud prouerbium. A boue maiori discat arare minor; sed concedere possunt copias habitis testib. pro ritè repetitis, cum reseruatione tantum, si petatur, opponendi contra personas testium, & eorum dicta; & hoc a lege conceditur, Clar. in dicta quęstione 23. versiculo. Item quæro. Ex hoc capite etiam est reijcienda reseruatio de testibus absentibus, quia nunquam fieri potest publicatio processus, nec dari copia pacti, nisi prius factis debitis testium repetitionibus, vt hic per D. Clarum ex quo sequitur necessario, quòd omnes testes tam absentes, quàm præsentes pro repetitis habeantur, alias publicatio non posset fieri, quia si debitæ repetitiones testium non essent factæ, vtique ridiculosum esset, publicare processum nullum, imperfectũ, & nihil probantem, reuelando secreta Curiæ inquisito sub spe repetendi testes absentes, qui raro opera inquisitorum repeti possent: quod esset contra vtilitatem publicam, quia multa delicta impunita remanerent, & ideo licitum est iudici denegare copias, & defensiones reo, donec fiat repetitio, quia nondum processus dicitur completus, vt per Foller. in pract. crimin. in vers. recipiantur defens. num. 22. & Chartar. vbi supra, num. 57. cum sequen. volens igitur copiam processus debet renunciare repetitioni testium indistinctè, tam absentium, quàm præsentium, vel expectare, vt repetantur, & eo casu fiscus omni cum diligentia procurare debet, vt quàm primum fiat repetitio, quæ si fieri non poterit infra competentem dilationem, reus, ne in carceribus marcescat, est relaxandus sub fideiussione de se repręsentando toties quoties in forma, & sic reo, & fisco succurritur; quæ tamen non procedunt in Regno Neap. † vbi expeditio causæ criminalis nullatenus retardari potest prætextu testium Curiæ non repetitorum, vt per Gram. decis. 28. nu. 6. Nec omittam, quòd si inquisiti † renuntiarent repetitioni testium absque reseruatione opponendi contra eorum depositiones, & personas, non sibi præiudicarent, quin dictas oppositiones facere possent, quia a lege pro defensionibus reorum conceduntur: Clar. supra in d. q. 23. versic. Item quæro. aliter sequeretur, quod reus expressè renunciaret defensionibus suis, quod minimè fieri potest, vt per Gloss. & DD. in l. pactum inter hæredem ff. de pact. & renunciare repetitioni testium nihil aliud est, quàm renunciare citationi ad videndum iurare testes, vt supra dixi: nihilominus procuratores ad abundantiorem cautelam dictã reseruationem facere solent, licet Chartar. vbi supra, nu. 70. & 71. dicat, quòd quando testes habentur pro ritè repetitis, si non fieret huiusmodi reseruatio, siue protestatio excipiendi contra eorum dicta, & personas, non posset postea contra testes opponere, & eorum dicta impugnare, p ea quæ dicit Sal. in l. si quis testib. C. de testib. & post eum Foller. in pract. crim. in verb. concedatur repulsa, nume. 18. Maran. in Spec. 6. par. actu 13. quę procedũt in causis 39 ciuilibus, non autẽ † in criminalibus, in quibus nemo potest renunciare defensionibus suis, vt latè per Boss. in tit. de op posit. contra testes nu. 8. 9. & ita etiam in simili tenet idem Foller. in loco citato, num. 15. dum dicit, ritum, quo cauetur repulsam petij debere intra decem dies procedere in ciuilibus, & nõ in criminalibus, vbi tractatur de vita hominis, & quòd nunquam vidit seruari illum ritũ, 40 sed † repulsam dari indistinctè, quando petita fuit: hinc est, quòd etiã post publicationem processus possunt examinari testes ad defensam, 41 si cessaret suspicio † subornationis, iuxtà tradita per Clar. in q. 61. versi. fin. vbi tenet etiam, quòd in causis criminalib. non 42 concluditur in causa, † dicens æquum esse, & rationabile, quòd vbi de vita hominis tractatur, reus quandocunque suas probationes, & defensiones facere possit, & mi- 43 ror de Follerio, † dum dicit, ꝙ quando inquisitus citatur ad videndũ iurare testes, vel quòd corã eo examinãtur, debet esse cautus, & protestetur cõtra personas testiũ, & eorũ dicta, ne videatur cõsentire, quia consentire nõ possũt, vt dictũ fuit. Et ego nunquã vidi, nec forsan ipse, ꝙ rei in confrontationibus, quæ fiunt cum testibus, talẽ protestationẽ faciant: Rei nempè essent in maximo periculo vitę, si omittendo dictam protestationẽ, viderentur consentire depositionib. cõtra eos factis, quæ protestatio omitti posset ignorantia reorum, vel procuratorum: & ideo dici nõ potest, quòd dicta reseruatio, seu protestatio sit necessaria, sed quòd potius fit ad benè esse, quàm de necessitate.

44 Item adde, quòd copia † testium examinatorum pro informatione Curiæ non datur, quia eorũ attestationes, parte non citata, nullum inquisito afferunt prædiciũ: sed datur copia attestationum, quæ factæ fuerunt cum citatione partis, si dubitaretur de variatione ab examine informatiuo ad aliud examen. ita tradit Dec. in l. 2. nu. 21. de eden. & Vulpell. in cons. 102, vbi tamen dicit, dictum Decij procedere, quando aliter, quàm per simplicem partis assertionem de varietate dubitaretur. Ego autem semper vidi practicari, si testes non habentur pro repetitis, & quòd repetantur, ꝙ datur copia tam primi examinis, quã repetitionis, & tanto magis, quòd in secundo examine nõ extenditur ta depositio, sed primum examen confirma- 45 tur, & ibi Vulpell. tenet, † dandam non esse copiam inquisito de subornatione constitutorum testium, quòd affirmabant se subornatos fuisse, sed quòd solum daretur co- 46 pia examinis facti, vti testis parte citata, quòd † mihi videtur durum, quia multa possent esse in constitutis, quæ tenderent ad defensionem rei, & quòd forsan detegerent falsitatem testium. *Baiard.*

a *Maranta.*] Et tit. de inquisit. nu. 8. *Ros.*

b *Quæro nunquid sit danda copia.*] Adde, quod † Guid. 47 Pap. decis. 442. tenet, quod non. *Baiard.*

c *Vt possit alia indicia subministrare.*] Adde quoad ministrationem indiciorum supra quæst. 11. versic. Sed quid è conuerso. *Drogh.*

d *Hæc autem omnia.*] Secus de his, quibus fiscus non vtitur. Vulpell. resp. 102. *Ros.*

*Vt*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

e *Vt eludant iudices.*] Adde, quæ contra imperitos iudices dixi sup. q. 6. ad fi. & de iudicib. imperitis, & modernis qui permittunt se a Notarijs gubernari, dixi supra ad q. vers. Ceterum. *Drogh.*

f *Inquisito.*] Idem per Boss. in tit. de deliquen. num. 3. & 4. & de inquisit. nu. 70. Roland. cons. 12. nu. 33. & 35. cum sequentib. li. 3. *Giach.*

g *Est igitur certa iuris conclusio.*] Cartar. de exec. sentenc. c. 1. num. 115. Farin. tit. de indit. vol. 2. q. 39. num. 1. 2. 15. & 32. *Ros.*

*Est igitur certa iuris cõclusio.*] Adde, quod reus pluribus modis se defendere potest, & ponit Burs. at. in consil. 216. sub nu. 229. viginti duo signa
48 innocentiæ † multum notabilia.

49 Item adde, † quod si † extarer statutum, quod confitens delictum puniretur, iudex non obstante petitione termini ad se defendendum, poterit statim procedere ad cõdemnationem, præmissa tamen interlocutoria, videlicet, dilationem nõ esse dandam, tanquam per calumniam petitam, ita notat Innoc. in c. ad petitionem de accusat. Ego autẽ arbitror, quod cautius faceret iudex, si dilationem concederet, saltem vbi ageretur pœna corporali. *Baiard.*

h *Ad faciendum suas defensiones.*] Adde, & vide in Repet. do. Felin. §. reus in criminalibus. colum. mihi 552. *Giach.*

i *Sponte confessus.*] Adde, supra hac eadem quæstione vers. sed nunquid, infra q. 96. vers. Et hæc quidem conclusio, q. 54. vers. sed quid si exhibeatur Cõfessio, q. 55. vers. potest etiam cum seq. infra ad q. 82. stat. 6. in fin. vbi dixi. *Drogh.*

K *Et aduerte.*] Adde, quòd hoc † procedit in dilatione,
50 quæ esset concessa per legem scriptam, quia tũc debet dari etiam parte non petente, secus vero in dilatione, quæ cõceditur ministerio iudicis, quam iudex non tenetur dare, nisi petatur: ita distinguit Bal. in l. nouerit, in princip. C. vt intr. cert. temp. vbi dicit, hac distinctione posse defendi iudicem, si delinquentem confessum mitteret ad furcas, nõ dato termino ad faciendum suas defensiones. Sed ego dubito, quod non esset bona defensio, & ideo iudices caueãt ab huiusmodi distinctione.

51 Item adde, quod † iudex poterit denegare defensiones in criminalibus, quando vidit illas peti cauillandi causa, vt per Rolan. in consil. 12. nu. 42. vol. 3. &
52 99. nu. 12. vol. 2. Et † similiter poterit denegare defensiones furibus famosis, & latronibus, Mars. in l. 1. num. 43. ff. de quæst. pro quibus non debet pati aliquem aduocare, per tex. in l. omnes, C. de defens. ciuit. & nedum publicis furibus denegari possunt defensiones, sed etiam cuilibet insigni delinquenti, dummodo notoriè sint tales, secundũ Boss. in tit. de indic. nu. 76. & Rolan. d. cons. 12. nu. 62. vbi loquitur de latronibus, distrobatoribus, incendiarijs, violatoribus, & raptoribus publicè diffamatis. *Baiard.*

1 *Et hoc adeo verum est.*] Rota Lucensis decis. 72. Farin. tom. 2. q. 38. n. 3. sub tit. de indit. & q. 39. nu. 18. *Ros.*

*Et hoc adeo verum est.*]
53 Adde Afflict. † in consti tut. inquisitiones, §. item dura, numero 3. fol. 142. libro primo, vbi plenè tractat istam quæstionẽ, & ibi dicit, quod licet Princeps non possit tollere defensionem, poterit tamen variare modũ defensionis, & ibi etiam in fin. & in decis. 391. exclamat contra præeminentiam Vicariæ, quod ex processu informatiuo possit deueniri ad torturam, & concludit non habere locum contra hominem bonæ famæ,
54 † sed solum contra latrones insignes, disrobatores stratarum, incendiarios, violentos raptores, & committentes grauia crimina, contra quos laborat infamia, & q̃ contra istos potest procedi iuris ordine non seruato, & sic ad torturam ex processu informatiuo: quia propter terribiles casus licet iustas leges transgredi, & de huiusmodi præeminentia plenè tractauit Gram. vot. 3. vbi ponendo intelligentiam, & limitationẽ ad dictam præeminentiam, tenet, quod procedendo ex processu informatiuo tortura repeti non debet: sed contrarium tenuit Simon de Pretis in consilio 114. numero 5. & 6. & ibi tenet etiam, quod contra hominem malæ vitæ, & famæ etiam de iure communi procedi possit ad torturam, non data copia indiciorum, quod similiter tradit Grammat. in d. vot. 3. numero 7. & 26. & consilio 17. numero 16. & consilio 34. colum. fin. & qualis sit præeminentia Vicariæ, in quibus casibus, & quo modo ea vti possit, habes in capit. Regni 272. & ibi latissimè per Ioan. Anton. Nigr. numero 9. & numero 18. vbi cõcludit, quòd licet magna Curia Vicariæ habeat dictam præeminentiam, & plenum, ac liberum arbitrium in maleficijs, tamen, quod non possit aliquem torquere, nisi in illo processu informatiuo concurrant legitima indicia, ex quibus si esset legitimus processus, posset inferri tortura; & ita in specie tenet Gramm. in consil. 64. numero 6. vbi multa allegat.

55 Item † adde, quod summus Pontifex ex iusta causa potest tollere defensionem, vt per Dec. in capit. dilecti, col. 7. de except. Alexand. in l. mulier, colum. 5. ff. solut. matr. & Vasq. controu. Illustr. capitulo 31. numero 9. vbi dicit rationem esse, ne id ius natura insitum ad iuuandum incipiat esse nociuum, & in capitulo 36. tenet, quod Princeps

ex

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ex iusta causa possit tollere defensiones in criminalibus, nedum ex plenitudine potestatis: sed etiam de potestate ordinaria.

Item adde, quod ad hanc quæstionem, quod Princeps non possit tollere defensionem in criminalibus, Sim. de Pret. cons. 203. & Natt. cons. 451. num. 30. repre
36 hendit † Boss. qui in tit. de indic. nu. 142. tenuit, quod iudex habens cõmissionem procedendi ex conscientia, potest sine iudicijs torquere reũ, & quod Princeps regulariter non possit tollere defensiones in criminalibus, habes per Viui. opin. 717. vol. 2. vbi ponit multas ampliationes, & limitationes. *Ba.*

m *Quæro nunc.*] Farin. d. q. 39. numero 51. 52. & 55. *Ros.*

*Quæro nunc, an possit*
37 *reus.*] Adde, an † idem sit in appellationibus, quod in criminalibus, vt non possit renunciari appellationi, vide decis. Delphin. 60. num. 7. in 2. par. & Boer. in decis. 267. sub nu. 16. circa med. vbi tenet, quod in causa criminali, quãdo tractatur de morte ciuili, vel naturali, vel membri mutilatione, nõ potest per condemnatum, vel condemnandũ expresse appellationi suę, vel per quẽlibet aliũ interpositę, vel interponendæ, renunciari.

m *Quæro nũc an possit reus per pactum renunciare termino sibi statuto ad faciendum suas defensiones. Resp. quòd in causis criminalibus potest reus renunciare suis defensionibus, quando agitur de imponenda pœna corporis afflictiua. Ita sentit Glo. in l. pactum inter hæredes, in verbo Liceat, ff. de pactis, quæ communiter approbatur a Doctoribus, vt ait Duennas regu. 190. in 4. limitatione. Illam etiam dicit esse ab omnibus receptam Didacus in Epitom. super 4. Decretal. fol. 202. nu. 16. Hanc etiam attestatur esse communem opin. Ant. Gomes. cap. 1. delictorum, post nume. 66. Bene verum est, quòd si reus fuisset sponte confessus delictum, & iudex illi statuisset terminum ad faciendum suas defensiones, posset hoc casu reus illi termino renunciare, & posset iudex statim illũ morti tradere; & ita practicatur, vt dicit Bald. in l. si accusatoribus, nume. 11. C. de accusat. hoc etiam in practica satis receptum esse testatur Didac. in loco præallegato. Solentque iudices huiusmodi renunciationi apponi facere*
n *clausulam: quia scilicet scit nullam se habere defensionẽ, iuxta dictum Bald. in l. rapto res, num. 4. de episcop. & cleric. quod se dicit semper practicasse Angel. de malefic. in verbo, Qui iudex dictis inquisitis, &c. nu. 8. Et dicit Angel. in l. sed si quis, §. quæsitũ, post num. 3. ff. si quis cautio. quòd hac practica hodie vtuntur assessores: quem refert Aug. ad Ang. in d. verbo,*
o *Qui iudex, num. 14.° Consulo tamen iudicibus, vt nullo modo curent inducere reos ad renunciandum suis defensionibus, nẽ super eos, & eorũ filios conuertatur, si inique fecerint, vt dicit Ang. in d. §. quæsitum.*

58 Item adde, quod † renunciatio valet in nouem casibus, quos ponit Felin. in c. cum venissent, de testibus. & in c. quærenti, num. 3. de for. compet. & in cap. si diligenti, eod. tit. dicit etiam, quod reus criminis potest renunciare defensioni statutariæ.

59 Item adde, quod † latrones suis defensionibus possunt renunciare simpliciter, & renunciatio tenet, secundum Angel. in l. custodias, de pub. iud. & ibi etiam imo.

60 Item † adde, quod nec etiam cum iuramento reus potest renunciare defensionibus suis, Bald. in l. vnica, C. de confess. numero 27. & Gomes. de delict. cap. 1. nume. 66. & ibi dicit etiam, quod defensioni personæ, & status non
61 potest renunciari: & quando fit † renunciatio cum clausula, quia nullam habet defensionem, debet fieri hoc modo; videlicet, talis inquisitus sponte ex certa scientia, sciẽs carere omni spe defensionis, renunciauit cuilibet termino sibi statuendo, tam ex forma iuris communis, quã statutorum, & hanc formam tradit Socin. id cap. qualiter, & quando, num. 1055. de accusation. vbi dicit, quod talis renunciatio, valebit.

62 Item adde, † quod renunciatio defensionis reuocari potest in causa criminali, glo. & Docto. in l. 2. C. quorum appellat. non recip. Ang. in l. non tantum, ff. de appellat. & Mar. Fran. decis. Delphin. 60. nu. 8. par. 2. *Baiard.*

n *Quia scilicet scit.*] Farin. d. quæst. 39. nu. 56. & sequen. *Ros.*

o *Consulo tamen Iudicibus.*] Ergo serua semper ordinem, & regulam traditam infra quæstione 65. ver. primo, & adde, quia contra tales Iudices inuehitur Marsil. consil. 16. numero 25. vt per Menoch. d. Tractatu de arbitr. iud. libro primo, quæstione 7. numero 10. eodem libro primo quæstione 87. numero 8. in fin. Et quod immo de iure non possit renuntiari defensionibus, tenuit Felin. in cap. si quando colum. 2. de offic. delegat. allegat Glos. in l. pactum inter hæredem ff. de pact. & in cap. ex parte, il 2. colum. 2. de off. delegat. & in cap. Pastoralis. §. quia verò, colum. mihi quinta, extra eodem, Gomes. de delict. cap. 1. sub nume. 66. per Glos. fin. in l. pactum inter hæredem in fine, ff. de pac. quicquid in contrarium dixerit etiam Crauet. consilio 115. nume. 12. ad fin. quia pro pecunia loquitur ibi, Et dum in versicul. seq. tractat de Reo veniam petente, Vtrum videatur confiteri, Adde Decium in l. si non videtur rem, ff. de reg. iur. in fin. *Drogh.*

p *Sed hic incidenter quæ-*
63 *ro.*] Adde, † an confessio delicti resultet ex precibus Principi porrectis decis. Pedemont. 138. numero 1. & Capyc. de-
64 cis. 71. vbi † habetur etiam, an narrata in rescripto præiudicent inter alias personas, si reus rescriptum reprobauerit, & si lata fuerit sententia contra illud rescriptum, & quando cõfessio facta in precibus probet contra confitentem, vide Mascard. de probat. in conclus. 368. & ibi an possit reuocari, & in conclu. 301. & quod de confessione facta in libello, in positionibus, in capitulis, & in exceptionibus; & an ex supplicatione, & veniæ petitione quis dicatur fateri delictum, vide omnino Farin. quæst. crim. q. 5. nu. 25. vbi latissimè.

65 Item adde, † an & quando confitens delictum, & componens cum fisco possit ex prætextu metus ab officiali in syndicatu repetere. Io. de Amicis cons. 49.

66 Item adde, † an confiteri delictum videatur ille, qui soluit aliquid pro compositione, etsi soluit parti, vel fisco, vt p Paris de Put. in tract. de synd. in verb. compositio, an officialis Episcopi, nu. 2. Bal. in l. ea quæ vltima col. vers. sed quid si non vult negare. C. de cond. indeb. Paul. de Cast. consi. 220. incip. notandum, quod in fin. & Pau. Ghirlan. in tract. de relax. car. tit. de pœnarum compositi.
64 quæst. 4. & ibi etiam quomodo sit facienda † compositio, ne fateri videatur.

68 Itẽ adde, qđ se † submittẽs gratijs, & misericordiæ Curiæ, seu iudicis, prout sępè faciũt carcerati in Regno Neapol. vbi iudices regulariter habẽt potestatem cõponendi delicta ante sententiã, præcedẽte tamẽ remissione partis, nõ fatetur delictũ saltẽ, vt possit condẽnari, & si iudex nõ vult facere gratiã, vel misericordiã, in pristino statu illum reponere debet, quia illa submissio intelligitur facta sub cõditione, si fiat gratia arbitrio boni viri, alias non nocet. Ang. & alij in l. fin. de prætor. stip. per tex. in c. veniens, & in c. sane, de renunc. Alex. in cons. 70. nu. 20. & 21. vol. 1. Guido Pap. decis. 195. ille, qui se submittit, & Io. Ant. de Nigr. super capit. Regni in capit. 297. incipien. multorum ad aures nostras, numero 14. vbi latè, & Menoch. de arbitr. iudi. quæstione 8. numero 37. sed Gigas in tractat. de crimine læsæ maiestat. quæstione 23. numero 3. dicit, quod si venia fuerit petita solemniter, in iudicio, siue coram iudice, quod censetur illud fateri; si verò extraiudicialiter,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

dicialiter, illud fateri non videtur, concord. no. per Rom. in l. si quis in graui, §. 1. ff. ad Syllan. sed vide Blanc. in repet. l. fin. de quæst. nu. 308. & in pract. crim. q. 49. vers. sed hic incidenter, Alciat. cons. 108. nu. 10. & seq. lib. 5. Franc. Marc. decis. 389. num. 2. secunda parte, Corset. ad repert. Abb. in ver. absolutio, num. 7. & hanc distinctionem sequitur etiam Mascard. in concl. 501. & Io. Vicent. de Anna. Neap. in repet. rubr. & c. 1. de vassallis decrep. num. 57. vbi dicit, quod cum Magnificus Iacobus Caracciolus Baro Sicignani composuisset quendam Notarium in ducatis ducentis, qui gratijs Curiæ se remiserat, is habuit recursū ad magnam Curiam Viceriæ, quæ compositionē reuocauit, & eum liberauit, non obstāte remissione, & cum esset appellatum ad Sacr. Reg. Consil. causa fuit remissa ad Baronem, quæ remissio intelligitur, vt arbitrio boni viri componitionem moderaret, vide ēt Neuiz. in cons. 68. nu. 12. & 13. vbi dicit ēt, quod producens gratiam, fatetur delictū, & ibidē tenuit Gram. in cons. 34. nu. 5. *Baiard.*

q *tens* q *veniam delicti censeatur fateri delictum. Respon. Si quidem petat veniam delicti solēniter coram iudice, videtur fateri delictum: si verò petat veniam extraiudicialiter, illud fateri non videtur. Et hæc distinctio est de mente Doctorum, vt dicit Gigas de crim. læsæ Maiest. fol. 112. quæst. 23. nu. 3. Faciunt, quæ in hoc proposito dixi supra quæst. 21. versic. Sed hic cadit.*

q *Veniam.* ] Adde Corset. in reper. Abbat. in vers. absolutio, vel venia. Blanc. in l. fin. nu. 308. ff. de quæstion. Alciat. consilio 108. num. 10. & seq. lib. 5. Notatamen quod qui gratiæ, & clementiæ Principis se submittit, iuri suo renunciare non videtur, Francis. Marc. decis. 389. numero 2. in secunda parte. *Guiot.*

# QVÆSTIO L.

## De exceptionibus, quas reorum defensores contra processus criminalis formam proponere solent.

### *SVMMARIA.*

Ex Claro.

1 *De nullitatibus processus.*
2 *Processus formatus contra minorem 25. annis, non dato ei curatore, est ipso iure nullus.*
3 *Quadragesimali tempore an possit procedi in causis criminalibus.*
4 *Processus factus super generali inquisitione an valeat, ita quod possit reus ex eo condemnari.*
5 *Et quid in causis syndicatus officialium.*
6 *Stante statuto, quod alicui denegetur actio, an possit iudex ex officio inquirere.*

Ex Additionibus.

1 *Nullitas est mera defensio.*
2 *Nullitas, quæ colligitur ex eisdem actis, potest quandocunque opponi.*
3 *Processus factus per iudicem excommunicatum est nullus.*
4 *Excommunicatus publicè quis dicatur, remissiue.*
5 *Processus an, & quando sit nullus ex defectu indiciorum.*
6 *Sententia faciens mentionem processus an probet processum præcessisse.*
7 *Et quid si sint lapsi decem anni.*
8 *Curator an requiratur in criminalibus.*
9 *Confessio minoris sine curatore in criminalibus valet.*
10 *Et quid in confessione facta vigore statuti.*
11 *Responsio monoris inquisitione cum auctoritate curatoris tūc præstiti an valeat.*

## ADDITIONES
### Ad Quæst. L.

a 1 NVnc *de reorum defensionibus.* ] Adde, quod † nullitas est mera defensio rei, Paris de Put. in tract. de synd. in §. an si sententia lata, vers. quædam sunt sententiæ, & Felin. in c. ex parte col. pen. de offic. delegat.

QVÆST L.

1 a NVnc *de reorum defensionibus videamus: & prima quidem est defensio,*

a 2 Itē adde, quod nullitas processus, & sentētiæ, causæ principalis, quæ colligitur ex eisdem actis, potest opponi tempore allegationum iuris, etiāsi aliter primo non fuerit in actis ipsa nullitate exceptum, & potest opponi etiam post conclusum in causa, dummodo nullitas deprehendatur, vt supra, ex actis per solas allegationes iuris, ita tradit Ferret. in cons. 379. vol. 2. & Vant. de nullit. in rubr. quot, & quibus modis nullit. proponi poss. num. 22.

b 3 Item adde, quod † processus, & omnia acta per iudicem ordinarium, siue delegatum publicè excommunicatum sunt nulla, & inualida, Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu iurisd. ord. nu. 137. & ibi nu. 136. dicit, quod protestatio aliqua a parte nō erit facienda, & in tit. de nullit. ex defectu iurisd. deleg. nu. 61. cum seq. vbi etiam habetur, quando quis dicatur publicè † excommunicatus ad effectum, quod processus non teneat.

4 5 Item adde, quod † processus valeret, etiamsi esset nullus ex eo, quod iudicijs legitimis non præcedentibus processum fuerit, quia quod indicia debent præcedere, intelligitur locum habere, si inquisitus comparuit, & opposuit de nullitate inquisitionis ex defectu indiciorum; secus si non fuerit oppositum, cap. 2. de accusat. in 6. Alexand. cons. 120. numero secundo, volum. 7. Ruin. cons. 80. numero 3. volum. 4. Becci. consilio 70. in fin.

6 Item adde, † quod sententia condemnatoria, vel absolutoria criminalis faciens mentionem processus, si reperta fuerit in Camera Romanæ Ecclesiæ, vel thesaurarij inter alias sententias, & a tali sententia non esset appellatum, vel reclamatum, vel de nullitate dictum intra annum a tempore, quo fuit lata, quod pro tali sententia præsumatur, & fingatur totum processum etiam præcessisse, secundum Constitut. March. libro quarto, cap. 26. tubr. de condemnat. in causa crimin.

b *quæ oritur ex illis exceptionibus, quæ concernunt nullitatem processus, quarum multas colligere potes*

7 Item adde, † quod si ex verbis sententiæ appareat omnia solemniter præcessisse, & sunt elapsi decem anni, non potest amplius de nullitate dici, etiam quod non appareat de processu, & sententia exequi debet. Grammat. decis. 24. *Baiar.*

b *Nullitatem processus.* ] Adde, quod omnes nullitates, quæ in hoc opere continentur, reassumpsi, & annotaui in fine præsentiū Additionum. Item consuetudines, ac alia, de quib. ibi; & adde, quod si in statuto contineretur, quod citato statuatur aliquis terminus puta octo dierū ad comparendum, & tamen iudex nō statuerit fortasse nisi quinque, quod ob hoc processus nō dicitur nullus, quia termi-



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

nus suppletur a lege tenuit Bald. in l.si ea, nu. 19.C.qui accus.non possunt. *Drog.*

c *Est ipso iure nullus.*] Adde etiam per Rolan. eius cons.68. nu.33.lib. 2. vbi etiã sententia redditur nulla tanquam lata contra indefensum, vt legitur, & notat.in l. cũ & minores, C. si aduer. rem iu. tenendo istam, illam intellige de minore præsente, secus de absente, & contumace, stãte præsertim statuto,quod cõtumax habeatur pre confesso. Vt plenè,& elegãter habetur per Nat. eius consil. 540.cum duobus seqq. vbi obiecta pulcherrimè tollit. Ad vnũ aliud aduerte,quod statutum quod contumax habeatur pro confesso,& conuicto, requirit declarationem ante condemnationem, in qua declaratio fieri poterit,per Rol. cons.9.nu.39.li.1. *Giac-*

d *Et praxis id obser. uat.*3.]adde Rol.a Valle cons.3.1.& 2.col.in 1. vol. *Ros.*

e *Et dicit Boss.in tit.de*
8 *confess.*] Adde,ℊ † idem tenuit Ant. Columb. in suo tract.controu.crim. art.171.vbi dicit, quod in criminalibus non attenditur auctoritas patris,siue curatoris,vel alia auctoritas asserendo ridiculosum videri, qđ
9 auctoritas † hæc interuenire debeat,quæ adaptari nunquam posset, nec inueniretur patet, qui vellet asserire,quod filius delictum confiteretur; pariter, nec curator, qui datur tãtum ad vtilia gerenda, & artic. 174.affirmat,quod presentia iudicis in criminalib.supplet defectum curatoris.

30 Item adde, † ℊ idem est in ficta confessione, stãte statuto, quod contumax habeatur ℊ confesso,quod confessio minoris est valida,ẽt nullo dato curatore, & potest condemnari Nat. cons. 540.541.& 542.*Bar.*

f *Obseruari contra dictam legem.*] Tamen hic aduerte.ℊ stylus contra ius commune nõ valet, per Dec.cons.677.nu.fi. & quod stylus vnius cu

*ex ijs,quæ superius dicta, & inferius dicenda sunt in discursu materiæ, & potest*
2 *etiam poni exemplum, puta, si processus fuerit formatus contra minorem 25. annis, nullo prius illi dato curatore: nam eo casu processus*
c *est ipso iure nullus,l.Clarum C.de auth.præstan.et est communis opin. vt dicit Boss. in tit. si aduersus rem iud.num. 22.Rol. cons.31.num.1. lib.1. Et dicit Placa libro 1. delictor.cap.32.num.12. in fin. quod ita in Regnis Hispa*
d *niarum vsu receptum est,* d *& praxis id obseruat. Sed certè iudices nostri hoc male seruant, vt dicit Pract.Pap. in forma inquisitionis,in verbo,Contra, & aduersus,num. 2. & ita in hoc Ducatu hæc exceptio in practica non admittitur: nam in delictis minor 35. annorum dummodo sit maior 14. habetur in omnibus, & per omnia pro maiore, maximè quando confitetur delictum, vt dixi infra q.55. vers. vlterium etiam.*
e *Et*ᵉ *dicit Boss.in tit.de confessis,num.69.quod ita vidit*
f *quotidie*ᶠ *obseruari, contra d.l.Clarum, & dicta doctorum, de quibus supra, tam in confessione, quam in alijs actis factis per minorem in iudicio criminali, nullo dato curatore. Fortè posset ei prodesse talis defensio ad effectum minuendi pœnam, iuxta ea, quæ dixi infra q. 60. circa princ.*

3 *Pariter etiam opponi posset,quod processus fuerit tẽpore Quadragesimæ:nam illis diebus inhibita est cognitio causarum criminalium, vt est tex. in l.quadraginta, C.de feriis Sed certè hæc exceptio parum prodesset, quia*
g *illa lex quadragiata,* ᵍ *de consuetudine non seruatur, vt attestatur gl.fin.ibi,quam refert Marcus decis.409. quæritur in festis, post num. 1. An autem diebus feriatis possit inferri tortura reo, & an exequi condemnatio capitalis,dixi infra q.95. vers.c. quæro ietiam*

4 *Item quia processum fuisset*
h *per*ʰ *inquisitionem generalem nulla facta speciali inquisitione, quo casu non videtur sequi posse condemnatio: nam inquisitio generalis fit ad inuestigandum,non autem ad puniendum,& sic vt præparetur via inquisitioni speciali,secundum Innocent. in cap. bonæ, il 1. numero 5. de elect. vbi attestatur,quod ita practicat totus mundus, & illud dictum Innocen. referunt scribentes in cap. inquisitionis, de accusat. & in specie Anan. uum.4. & Felin. post numero quinto, & Tiraquell. de pœnis, causa 53. num.3.Idem dicit Ang. in d.l.ea quidem, numero 5. Tu verò (ne erres) aduerre: quia si ex inquisitione generali, id est, informationibus, quæ assumuntur per iudicem ad inuestigandum, quis delictum commiserit,nihil emergat specialiter contra aliquem, nulli dubium est, quod super ea non potest sequi condemnatio. Sed si resultent indicia specialiter contra aliquem, tunc ipse citatur super ipsa inquisitione generali ad se defendendum, & contra eum proceditur, vt dicit Innoc. in loco præallegato,quem ego fideliter retuli supra quæst.5.vers.c. poterit igitur. Et hoc casu,facta citatione, & secuta litis contestatione,sequi potest ex ipsa generali inquisitione condemnatio, vt dicit Bald. in l.edita, ibi per me allegatus. Et dicit Anton. Rondin. de syndic. numero 119.quod ita communiter seruatur.*

i *Debent*ⁱ *tamen hoc casu reo comparente repeti testes, & alia fieri, de quibus supra dictum est in discursu materiæ. Testes enim, qui recipiuntur super inquisitione generali, recipiuntur parte non citata: merito non faciunt fidem contra reum, postquam comparuit,nisi ipso citato,aut præsente reperiantur, vt dixi supra quæst. 11, vers.c. item quæro,& q.45. vers.c.ceterum sit reus.*

5 *Scias etiam, quod in causis syndicatus officialiũ proceditur super generali inquisitooe, & super eam possunt officiales condemnati, etiam nulla speciali inquisitione*

riæ nõ possit operari, ac inducere derogationẽ legis contra ius commune, sed solũ declarationem eius,quod esset arbitrio iudicis commissum,vi. per Rol.in cõs. 3.nu.36.li.3. qui nu.24.
11 renet, quod imò respon sio † minoris ad inquisitionẽ cum auctoritate curatoris sibi decreti eo momẽto temporis, quo fuit cõstitutus curator, quo tempore authorare non potuit inquisito ob temporis breuitatẽ, & sic ob nõ adhibitam causę cognitionem non valet; & quod cautus debet esse iudex; quia non debet pati,neq; admittere,quod eo tẽporis momẽto, quo datus est curator, eodem authorizet in aliquo minori qa nullus esset actus ob tẽporis breuitatẽ: ex quo apparet, quod in tali authoritatis præstatione non præcessit causæ cognitio,quæ ad validitatẽ debet omnino interuenire.quinimòetiamsi in præstatione auctoritatis interuenisset causę cognitio,de qua non sit facta mentio in actu gesto per minorem, ille actus non valeret,nec minoris confessio,& quod plus est nõ sufficere adhibitam fuisse causæ cognitionẽ, nisi de ea fiat mentio,atq; fiat scriptura de per se,vt plene per eum ibi,sed stylus, & consuetudo quomodo inter se differat, vide per Dec.in cons.11.nu. 11.& Nat. in cons.575. num.31. *Giach.*

g *De consuetudine non seruatur.*] In ciuili b.Farinac.q.8. oppos.36. nu. 35.vol.3. *Ros.*

*Per inquisitionem generalem.*] Modo,quo supra q.5.vers.Poterit igitur,q.6.vers.c. sed quoniam, limita hanc nullitatẽ non procedere in casu, de quo infra q.55. vers.Quomodo autem circa finem, videlicet, in illo qui proiecit Dominum suum in lacum Comensem, credo nempe contra illum Rusticum non fuisse processum generaliter. *Drog.*

i *Debent tamen.*] Farin. q.72.c.2.num. 101. 102.vol.3. *Ros.*

Pro

k *Pro barattaria tamen.*] Adde, quod pro barattaria tantum furtis, & illicitis extorsionibus tenentur officiales, infra q.73. vers. item iudex, q.94. vers. quæro nunc, ad fin. sup. q. 16. vers. præterea in fin. Contrarium tamen vide seruari contra Potestates oppidorum in eodem statu: nam pro qualibet etiam leui, vel minima querela infinitè vexantur: non sic Potestas Cremonæ, & Papiæ cū sint Senatores, vt est sup. q. 32. vers. sed hic quæro ad fin. *Drogh.*

l *In syndicatibus hodie non seruatur.*] Adde q.6. versic. Ceterum, quæst. 16. vers. Præterea quæro, q.46. vers. plerunque inf. q. 73. vers. item iudex. *Drogh.*

m *Sed mihi semper placuit.*] Quam communiter teneri ait Suarez. com. opi. verbo Actio, vbi alia. *Rosetum est sup. q. 12. Et si esset procedendum ex officio, necessaria esset inquisitio specialis, quod tamen ego nō credo verum: sed puto, quod in causis syndicatus posset sequi condemnatio super inquisitione generali, illud tamē intelligendo, iuxta ea, quæ dixi supra vers. item quia, in d. q. 5. vers. poterit igitur, scilicet, quod ad hoc, vt super hac generali inquisitione possit sequi condemnatio, requiratur, quod officiales sint citati, & lis contestata, & facta monitio super probationibus recipiendis, & data licentia procedendi vsque ad sententiam. Et hoc modo poterit sequi condemnatio: & ita seruari in practica attestatur Bald. in d. l. edita, in repet. Pataui. nu. 30: quem refert idem Amad. de Synd. nu. 15. & post nu. 29. Et sic vides, quod est differentia inter inquisitionem generalem, quæ fit contra officiales, & illam, quæ fit in alijs casibus, nisi quod ea, quę fit contra officiales, fit ad inuestigandum delicta per eos commissa, licet nulla adsint indicia, neque diffamatio, vt dixi supra q. 6. vers. ceterum quando: Illa vero, quæ fit in alijs casibus, non fit nisi constito de delicto. Et scias, quod licet glossa allegata per Amad. in loco prælleg. nu. 217. dixerit, quod in syndicatibus hodie non seruatur ordo iuris; illud tamen intelligendum est, vt procedat, quaado officialis ipse a syndicatu aufugit: aliàs secus, vt declarat Amad. ibid.*

k *Posset agi criminaliter pro barattaria, tamen vt plurimum agitur tā tummodo ciuiliter, vt dicit Franc. Accurs. de syndicatu, relatus p Amad. pariter in tract. de synd. nu. 27. affirmans, quod ita est obtentū de longa consuetudine totius Italiæ, a qua non est recedendum. Sed si pars vellet agere criminaliter (secundum eum) esset necessarius libellus, iuxta formam l. libellorum, ff. de accus. de qua dictum est sup. q. 12. Et si esset procedendum ex officio, necessaria esset inquisitio specialis, quod tamen ego nō credo verum: sed puto, quod in causis syndicatus posset sequi condemnatio super inquisitione generali, illud tamē intelligendo, iuxta ea, quæ dixi supra vers. item quia, in d. q. 5. vers. poterit igitur, scilicet, quod ad hoc, vt super hac generali inquisitione possit sequi condemnatio, requiratur, quod officiales sint citati, & lis contestata, & facta monitio super probationibus recipiendis, & data licentia procedendi vsque ad sententiam. Et hoc modo poterit sequi condemnatio: & ita seruari in practica attestatur Bald. in d. l. edita, in repet. Pataui. nu. 30: quem refert idem Amad. de Synd. nu. 15. & post nu. 29. Et sic vides, quod est differentia inter inquisitionem generalem, quæ fit contra officiales, & illam, quæ fit in alijs casibus, nisi quod ea, quę fit contra officiales, fit ad inuestigandum delicta per eos commissa, licet nulla adsint indicia, neque diffamatio, vt dixi supra q. 6. vers. ceterum quando: Illa vero, quæ fit in alijs casibus, non fit nisi constito de delicto. Et scias, quod licet glossa allegata per Amad. in loco prælleg. nu. 217. dixerit, quod in syndicatibus hodie non seruatur ordo iuris; illud tamen intelligendum est, vt procedat, quaado officialis ipse a syndicatu aufugit: aliàs secus, vt declarat Amad. ibid.*

l *Posset etiam reus ad sui defensionem allegare statutum disponens, quòd illi, qui dicitur offensus, denegetur actio, prout quandoque fit in bannitis, et in illis, qui onera non soluerunt, & huiusmodi: quo casu non modo non admittitur eorum accusatio, seu querela, sed neque etiam potest iudex ex officio inquirere. Ita tenuit Bart. in l. nō solum, §. quamquam, ff. de iniur. cuius opin. dicit esse communem Claud. in repet. l. vt vim, num. 23. in fin. ff. de iustit. & iure. Bene verum est, quod in hoc articulo multi tenuerunt contrarium, adeo vt Alexan. in l. 1. §. sublata, num. 4. ff. ad Trebellian. dixerit, quod communiter tenetur contra Bart. & illum refert Villalpand. in repe. l. 22. c. 16. post nu. 5.*

m *Sed mihi semper placuit opin. Bart. Si enim ille, qui est offensus, conquęri non potest, ergo nec respublica, quę illi prohibet, ne conquaretur. Et solet allegari pro regula, quod non competit actio criminalis reipublicæ, vbi non oritur parti actio ciuilis. Faciunt, quę dixi infra quæst. proxima, versic. & hæc quidem, & sup. hoc tod. lib. §. homicidium vers. alia quoque.*

# QVÆSTIO LI.

## De exceptione præscriptionis peremptæ instantiæ, & huiusmodi.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Accusatio criminalis tollitur spatio 20. annorum.*
2 *Et an eo temporis cursu tollatur etiam inquisitio.*
3 *Et si delictum sit reiterabile, quando incipiat illud tempus currere.*
4 *Et an crimen adulterij præscribatur quinquennio, remissiuè.*
5 *Si statutum præfigat iudici tempus ad inquirendum, an illud incipiat currere a die delicti, an autem a die scientiæ.*
6 *Et an iudex, qui est sub syndicatu, possit se tueri exceptione lapsus termini statuti ad querelandum in edictis syndicatorum.*
7 *Et an huiusmodi maleficia præscripta obsint ad aggrauandum alia delicta, pro quibus procedi potest.*
8 *Peremptа instantia an reus sit absoluendus.*
9 *Et quid de iure canonico.*
10 *Accusatore mortuo an extinctum sit iudicium criminale.*
11 *Et an alius volens accusare sit admittendus.*
12 *Et an possit iudex ipse processum prosequi.*
13 *Delinquente mortuo an extinctum sit iudicium criminale.*
14 *Et quid in criminibus exceptis.*
15 *Et quid in casibus, in quibus ipso iure venit bonorum confiscatio.*
16 *Et quid si reus moriatur, post quam est de crimine conuictus, vel confessus, an debeat eius cadauer suspendi.*
17 *Hæres an teneatur ex delicto defuncti.*
18 *Et an vltra vires hæreditarias.*
19 *Et quid si delinquens reliquerit plures hæredes, quorum vnus tantum sit soluendo, an ille teneatur exonerare conscientiam defuncti.*
20 *Iudæus, qui post delictum factus est Christianus, an possit pro eo delicto amplius puniri.*

Ex Additionibus.

1 *Limitationes ad l. querelam, C. de falsis, remissiuè.*
2 *Condemnatus non potest opponere præscriptionem, etiam quod post quinquaginta annos post sententiam sit captus.*
3 *L. querela non habet locum in Ecclesia.*
4 *Boer. in decis. 26. & 263. declaratus.*
5 *Præscriptio in criminalibus non interrumpitur per oblationem libelli.*
6 *Et an opponatur post litem contestatam.*
7 *Et an ea non opposita processus valeat.*
8 *Præscriptio potest opponi per quemlibet de populo.*
9 *Confessio ficta operatur non obstante præscriptione.*
10 *Exceptiones sunt perpetuæ.*
11 *Ciuiliter potest agi pro delicto etiam post viginti annos.*
12 *Exceptio, quæ potest opponi contra accusatorem, procedit etiam contra iudicem inquirentem.*
13 *Præscriptio delicti quando currere incipiat.*
14 *Confessio an operetur post præscriptionem.*
15 *Fiscus an restituatur sub pratextu, quod nunc habet notitiam delicti.*
16 *Præscriptio statutaria non habet locum in crimine falsi.*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

17 *Statutũ, quod iudex non possit cognoscere de delictis sex mensibus ante introitum officij commissis, quomodo intelligatur.*
18 *Officialis, qui non stetit syndicatui, quandiu teneatur, & possit conueniri in patria.*
19 *Instantia per biennium quomodo perire dicatur.*
20 *Et quid seruetur in Regno Neap.*
21 *Instantia statutaria currit, sicut legitima.*
22 *Causæ criminales an restituantur perempta instantia.*
23 *Instantia perempta, an pereat effectus confessionis.*
24 *Instantia non currit coram Principe.*
25 *Iudex potest perempta instantia punire contumacem, factum durante instantia.*
26 *Item quando Rex est consulendus.*
27 *Consuetudo, quod non pereat instantia, valet.*
28 *Fideiussio de iudicio sisti toties quoties finitur peremptain stantia.*
*Instantiæ peremptio potest opponi etiam post sententiam.*
29 *Accusatio ciuilis an transeat in hæredes.*
30 *Iudex de consuetudine in omnibus delictis procedit.*
31 *Mors quomodo probetur.*
32 *Hæres accusati potest petere, vt declaretur, defunctum non deliquisse.*
33 *Crimen an, & quando morte extinguatur.*
34 *Pœna, quæ infligitur ipso iure, transit in hæredes etiam lite non contestata.*
*In crimine hæresis potest procedi post mortem infra quadraginta annos, nu. eod.*
*Et imponitur pœna confiscationis omnium bonorum aduersus quemcumque possessorem, nu. eod.*
*Pœna in dubio nunquam intelligitur imposita ipso iure, sed per sententiam ferendam.*
35 *Contumacia habetur pro confessione, quando ex statuto contumax habetur pro confesso.*
36 *Hæres an teneatur de dolo defuncti in contractibus.*
37 *Declaratoria an fieri possit post mortem rei.*
38 *Pœna non declarata contra defunctum, an possit declarari contra hæredem.*
39 *Sententia in pœna pecuniaria an mortuo reo feratur in personam procuratoris, vel hæredis.*
40 *Hæres an teneatur ex confessione facta propter contumaciam defuncti.*
41 *Hæres quando non teneatur.*
42 *Quando in mortuos seuire liceat, remissiue.*
43 *Cadauer occidentis seipsum ad debeat suspendi.*
44 *Ius ciuile, & canonicum si sint contraria, quid obseruandum sit.*
45 *Hæres quando teneatur ex delicto defuncti.*
46 *Et an vltra vires hæreditarias.*
47 *Iudæus post delictum factus Christianus an possit puniri, remissiue.*

---

## ADDITIONES
### Ad Quæst. LI.

a *Potest etiam reus.*] Contumax tamen etiã post tale tempus condemnatur. Alex. in l. si enim in iudicio, ff. si quis caut. vide etiã Bonacoss. comm. opin. par. 1. verbo accusatio criminalis, vel si erant assumptæ informationes, vt per Boer. d. decis. 26. & scripsi ad Bar. in l. absentem, in fine princ. ff. de pœn. & ad eundem in l. querela intus allegata. Alia per Cartar. de execut. sent. c. fin. nu. 314. & sequen. & per Farin. tit. de inquisit. q. 10. vol. 1. vbi num. 3. & num. 28. cum sequentibus limitationes collegit. *Ros.*

## QVÆST. LI.

1 a *Potest etiã reus se defendere exceptione præscriptionis, quia scilicet lapsum sit a die cõmissi criminis tempus 20. annor. nam eo temporis spatio* b *præscribitur omnis accusatio criminalis, l. querelam, C. de falsis, et ita tenẽt communiter Doctor. vt dicit Abb. in d. cap. cum haberet, nu. 4. de eo, qui duxit in matr. & c. Card. Alex. in d. c. de accusatione, col. 48. vers. itẽ op-*

1 *Potest etiam reus.*] Adde, huiusmodi † præscriptio limitatur pluribus modis per Carrer. in pract. crim. §. homicidium 6. num. 378. & septem modis, vt per Foller. in pract. in verb. foriudicentur, num. 17. cum seq. & ibi num. 26. habetur, quod ista exceptio potest opponi per agnatos, & cognatos, & Balb. in tract. de præscrip. 4. par. princip. q. 2. vbi tenet hanc præscriptionem locum non habere in crimine suppositi partus, Patricidij, & concussionis, & de crimine læsæ maiestatis idem tenet Gigas in tract. de crimine læsæ maiestatis lib. 1. qualiter in crimine læsæ maiest. procedatur Balb. de præscr. in 3 par. 6. par. princ. & Marsil. in l. qui falsam, §. 1. ff. ad leg. Cornel. de falsi. vbi hanc limitationem extendit ad crimen Sodomiæ, & stupri violenti, & alia delicta excepta, & enormia, & ista præscriptio limitatur quindecim modis per Decian. in tract. crim. to. 1. lib. 3. cap. 37.

2 Item adde, quod † condemnatus non potest huiusmodi præscriptione se tueri, etiam quod post quinquaginta annos post sententiam captus fuerit, Nell. in tract. bann. in 2. par. 2. temp. q. 64. quem refert, & sequitur Foller. in pract. crim. in verb. captis foriudicatis, nu. 7. & vltimo loco Chart. in tract. de exec. sent. contum. cap. fi. nu. 313. cum seq. & etiam nefandum crimen sodomiticum vllo vnquã tempore non præscribitur, vt per Guliel. Bened. in c. Raynutius in ver. mortuo itaque testatore nu. 138.

Item adde, quod licet crimen falsi spatio viginti annorum præscribatur, per tex. in d. l. querelam, hoc tamen fallit in † ecclesia, cõtra quam nunquam præscribitur, secundum Specu. in tit. de sent. §. quoniam, vbi allegat tex. in c. verè omnis, 30. q. 2. quem refert, & sequitur Roman. sing. 185. & in aliquibus casibus agi potest vsque ad centum annos, Boss. in tit. si ex falsi. instrum. num. 6.

Item adde, quod in hac materia præscriptionis d. l. querelam, quod secundum Vrsillum ad Afflict. in decis. 164. nu. 6. distinguendum est, quod aut viuit delinquens, & tunc datur accusatio vsque ad annos 20. cum bonorum confiscatione, iuxta tex. in l. querelam, & tunc procedunt adducta in decis. Boer. 26. hic allegata: aut est mortuus, & tunc quinquennio etiam in crimine læsæ Maiestatis, & publicatione bonorũ cum 4 accusatione delicti, & tunc procedunt † tradita per Boer. in decis. 263. num. 18. quæ distinctio an sit vera, cogitandum relinquo, sufficit mihi eam retulisse.

5 Item adde, † quod ad interrumpendam præscriptionem in causa criminali non sufficit libelli porrectio, sed requiritur citatio, vt in causa ciuili, & est magis communis opinio, secundum Gabr. commu. conclus. lib. 2. tit. de citatio. concl. 1. nu. 387.

6 Item adde, † quod potest opponi quandocunque ẽt post litẽ contestatam, Arno. in Com. 155. & Felin. in c. monasterium, col. 7. de re iudic. Iafred. decis. 318. & si † non opponeretur, accusatio, seu inquisitio valeret, & iudiciũ tenere. secundũ Bart. in l. 1. §. accusationem, ff. ad Turp. & in l. absentem vlt. col. ff. de pen. & Balb. in 4. par. princ. q. 2.

8 Item † adde, quod potest opponi etiam per quemlibet de populo, Marsil. cons. 24. nu. 30.

9 Item adde, † quod si non obstante lapsu temporis procedatur, & vocatus non veniret, ficta confessio operatur, vt veniat puniendus, non obstante præscriptione, Bart. in cons. 100. a Domino Titio, & in l. absentem vers. quarto, ff. de pœn. quem refert, & sequitur Boss. in tit. de bann. nul lit. nu. 6. Gugliel. Bened. in c. Raynutius in verb. mortuo itaque testatore, nu. 169. quia tempus nõ tollit condemnationem criminalem ipso iure, sed parit exceptionem. *Ba.*

b *Præscribitur.*] Fallit in quampluribus casibus, vt per Lud. Carer. in pract. crim. §. homic. 6. post nu. 378. *Giach.* *Et*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

b *Et hæc quidem conclu sio.*] Adde, quod licet accusatio, seu inquisitio spatio 20. annorum tollatur, vt quis ampliusde crimine inquiri, nec accusari possit, hoc tamen procedit agendo, secus autem excipiendo: quia
10 exceptiones † sunt perpetuæ, Cephal. in cons. 338.nu.65.vol.3.& consilio 558.num.57.vol.4.
11 & licet † agi non possit criminaliter nisi spatio viginti annorum, poterit tamen agi ciuiliter, vsq; ad triginta annos, secundum Boss.in titul. quomodo procedatur p actionē in delictis, nu. 20.distinguendo, vt ibi per eum. *Baiard.*

c *Sed quid in inquisitione.*] Adde ad idē per Crauet.in consilio 262. col.fin. post num.6. vbi etiam subiungit, quod omnes exceptiones, quæ possunt opponi contra accusatorem, possunt ēt contra iudicem inquirentem opponi. *Giac.*

d *Sed certe ill glossaa.*]
12 Adde, quòd † ratio est, qa omnis exceptio, quæ opponi potest contra accusatorem, opponi potest etiam contra iudicem inquirētem. *Baiar.*

e *Potest autem.*] Adde, quæ posui supra in §. adulterium versic. vnum tamen. *Baiar.*

f *Sed quæro.*] Vide de statutaria præscriptione Farin.d.q.20.nu.25. 26.& 27. *Ros.*

g *Sed certe contraria opinio est magis commu-*
13 *nis.*] Adde† videndum Ludouicū de Interamna consil.60.lib.2. inter consil. crim. diuers. vbi intelligi istam communem, quando delicta deuenerunt ad notitiā, & non in delictis occultis, idem affirmat Marian. Soc. cons. seq. int. d. consil.sed Franc. de Albergott.d.libro 2. cons.12.dicit istud procedere, quando delictum non fuit omnino occultum, sed ignorabatur, a quo fuerat commissum, quod tunc incipit currere a die delicti cōmissi. Et hanc communem opinionem limitat Alex. in l.fin.col.fi. C. de dol. quem sequitur Boss. tit. de sent.nu.110. de qua



poni potest, 2. quæst.8. Boer. decis.26.num.6.quem refert Villalob.in sua collecta communium opin. in littera D. num.55.licet liber sit corruptus, & Vinius in lib.communium opin. in verbo, Accusatio falsi, Ant.Gomes. super l.76.Tauri, nu.5. Marsc. consil.117.num.40. Et ita in facti contingentia quidam Io.Ant. de Vaylate imputatu, de homicidio supra 25. annos commisso de quo nisi tunc fuerat querelatus, iussus fuit impace dimitti, 26. Iul. 1554. P. N. Idem iudicatum fuit per parlamentum Burdegaiens. in quadam incendiaria, vt refert Papo libr 24.ritu 2.arresto 1.

2 *Et* b *hæc quidem conclusio*
b *de plano procedit in in accusatione, vt scilicet non possit quis post 20. annos a die commiss.criminis de eo accusari.*

c *Sed* c *quid in inquisitione, nunquid poterit iudex ex officio de ipso delicto procedere post huiusmodi tempus 20. annor. Resp. glos.in d.l.querelam, gl.1.loquendo per verbum fortè, tenuit, quod non præscribatur officium iudicis inquirentis nisi spatio 30. an-*
d *norum. Sed certè illa gl. cōmuniter reprobatur, vt ait Iaf.in l.1.nu.8.in fi.ff de iurisd.omn.iud. Balbus de præscrip.in 4.q.quartæ quæstionis principalis, quæst 2.nu.3. quem refert Pract. Conradi, fol.257.num.36. Boss.in tit. quomodo procedatur per actionē, nu.17.Taeg.in pract. crim.c.16. post nu.21. Hanc etiam opin.contra illam glossam dicit esse communem Iafred. decis. 486. quem refert Vinius in loco præallegato, Boss.in tit. de accus. nu. 32. Et dicit Pract.Iodoc.fol. 25.nu.35. quod communiter Doctores ita fixo pede tenēt. Et ratio est, quia cum inquisitio succedat loco accusationis, vt sæpius dixi, mērito sublato iure accusandi, censetur etiam sublatum ius inquirendi. Et in hoc omnes cōcordant, vt dicit Ang.de Castr. inter consil.criminalia diuersorum cons.99.nu.16. lib.1. Et ita etiam sentire videntur Doctores allegati in versic. præcedenti. Vide etiā in proposito ea, quę dixi supra quæstione prox. vers. posset etiā. Vnum tamen scias, quod licet criminalis actio, vel inquisitio præscribatur, vt dixi, spatio 20.annorum, nihilominus omnes actiones ciuiles, quæ ex crimine descendunt, durant vsque ad 30. annos. Et hæc est communis opi. vt dicit Igneus in l.in cognitione, post nu.185.ff. ad Syll. dixi infra lib.7.§.actio.*

3 *Sed hic quæro, quid si aliquis committat aliquod delictum reiterabile, puta, adulterium, stuprum, incestum, vel huiusmodi, nunquid hoc tempus erit computandum a die primi delicti commissi, an autem ab vltimo delicto? Respon. quod est computandum a die vltimi delicti, ita dicit gl.in l.si mariti, §. sex mensium, in verbo, Commissi criminis, in fin.ff. de adul. & est magis communis opin. vt attestatur Ang.de Castr. in d.cons.94.nu.10.*

4 *Potest* e *autem hæc excee*
c *ptio in aliquibus casibus oriri, non solum ex cursu 20. annor. sed etiam ex minori spatio temporis, puta in adulterij crimine, cuius accusatio quinquenij spatio præscribitur, secundum iuris communis dispositionem, vt dixi supra, hoc eod. lib. §. adulterium, vers. vnum tamen; vel etiam vbi ex dispositione statutorum præfixum esset breuius tempus ad procedendum in causis criminalibus, prout est in multis ciuitatibus.*

5 *Sed quæro, si statutum expressè præfigat terminum iu-*
f *dici ad formandam inquisitionem pro delictis, nunquid talis terminus præfixus iudici ad inquirendum currit a die commissi delicti, an aūt a die scientiæ? Resp. Aug. ad Ang. de malef.in verbo, inchoata facta, &c. dicit, quod iste passus est valde dubius, cum nedum DD. sint varij, sed etiam illustres Doctor. ipsimet varient, quia in vno loco vnum dicunt, & ipsimet in alio dicunt contrarium. Solet tamen in hoc articulo allegari doctrina Bart. in l.eum qui §.in popularibus, circa fin.ff. de iureiur. qui tenuit, quod non currat nisi a die scientiæ, de qua doctrina dicit Aug. in loco præalleg. quod vidit doctissimos aduocatos multum magnifacientes, & exclamantes in hac materia. Et hanc opin. dicit*
g *esse communem Natta cons.225.nu.2.* 8 *Sed certè contraria opi. est magis communis, s. quod currat statim a die commissi delicti, vt attestatur Alex. in d.§. in popularib. num. 12. quem refert Ruin. cons. 27. post num.6. vers. Secundo istud, lib.4. Marsc. in pract. crim. §. constante, nu.85. & seq. & cons.85.nu.15. Regulariter enim omnis præscriptio currit ignoranti, vt dixi infra lib.7.§. præscriptio.*

limitatione tractat Idē Franc.d.cons.12.

14 Item adde,† quod elapso tēpore statuti poterit iudex cognoscere, vbi de delicto cōstabit per confessionem partis, Alex.in l.fin.col.fin. C.de dol. & Boss. in supradicto loco; sed Soc. in cons.108.num.3. vol. 4.tenuit contrarium, & Paris. cons.196. num. 3. vol.4.& Sylua.qui dicit communem in cons. 7. numero 7. Et quod post lapsum termini expiret iurisdictio, tenuit Crot. cons.70.num.44.& Roland.consil.94.num.11. vol. 3. sed verba statuti sunt inspicienda, quia si statutum tollit instantiā, adhuc durat actio, licet instantia sit lapsa, & tunc attenditur confessio; si uero præscriptum sit iuri inquirēdi, ita statuto disponente, tollitur delictum, & eo casu confessio nihil operatur: ita Scarlatt.inter cons.crim. diuers. cons. 112. num. 21. vbi dicit, quod ista opinio est verior.

15 Item† adde, quod ubi statutum præfigit terminum iudici ad inquirendum, non poterit fiscus petere restitutionem eo prętextu, quod nunc habeat probationes eius delicti, vel scientiam illius, quæ prius non habebantur Soc. in cons. 108.vol.4.

Item



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

16 Item † adde, quod iudex in crimine falsi potest inquirere etiam post tempus datum a statuto, secundum Marsil. in sing. 507.

17 Item † adde, si statutum, quod iudex non possit cognoscere de maleficijs commissis sex mensibus ante introitum officij, debet intelligi de delictis, quæ non durant, sed momento fuerũt expedita, vt sunt homicidia: secus si delicta durãt, vt sunt furta, Bar. Alex. & alij in l. eũ qui, §. in popularibus, ff. de iureiur. & ideo iudex poterit inquirere, ẽt si furtum commissum fuerit sex mensibus ante introitum sui officij, & idẽ erit de testamento falso, vt per Garg. cons. 124. num. 17. vol. 1. inter cons. cri. diuers. & de prædictis latè per Lazar. Feruit. in tract. de momento temp. c. 10. num. 38. *Baiar.*

h *Hoc etiam præscriptionis exceptione.* ] Adde, † quid si officialis nõ steterit ad syndicatum, nec absolutoriã habuerit, an perpetuo, vel secundum naturam actionum conueniri poterit in patria sua de gestis in officio, latè Io. Anton. de Nigr. super cap. Regni cap. 132. numero 18. sub rubr. de syndicatu. *Baiard.*

i *In syndicatu.* ] Vide tamen Marsil. rubr. de fideiuss. nu. 212. & in quantũ dixi supra vers. sed hæc, quod actiones ciuiles, quæ ex crimine descendunt, durant tantum vsq. ad 30. annos, adde Alexan. consil. 16. sub num. 24. ad fi. lib. 5. declarantẽ, quod actio, quæ potest dari contra tertium detinẽtem rem pertinentem ad Ciuitatem, tollitur spatio 30. annorum, id intelligi contra illud, qui non habet titulum a ciuitate, tu dic, vt ibi, euenientе casu. *Drogh.*

6 *Hac* h *etiam præscriptionis exceptione tueri se potest* i *iudex existens in syndicatu: nam lapso eempore, quod præfigi solet in edictis syndicatorum ad querelandum, non potest vlterius molestari non modo in ipso loco officij, sed neque etiam in eius propria patria. Et ita communiter tenetur, vt dicit Fer ret. caut. 14. ver. & circa istam. Hæc autem conclusio, quando iam secuta est absolutio, non videtur habere multum difficultatis, prout etiã se obtinuisse in facti contingentia attestatur Alexan. in Apostil. ad Bart. in l. 2. sub num. 6. ff. ad leg. Iul. repetund. prout illum refert Paris Put. de syndic. fol. 137. num. 1. in fin. Sed certè idem etiam dicendum est, si non sit secuta absolutio; & ita vtroque casu hanc esse communẽ opinionem attestatur Boss. in tit. de official. corrup. pec. num. 32. Et refert idem Paris de syndic. fol. 142. post num. 7. quod vidit multos officiales euasisse syndicatum,* k *& fuisse absolutos, quia que relæ non fuerunt porrectæ in tempore banni: & ita quotidie practicari attestatur Anton. Gomes. c. 1. delictorum, nu. 23. in fi.*

7 *Vnum tamen scias in hoc proposito, quod ex maleficijs, de quibus obstante cursu tem poris, non potest cognosci, po test iudex alia maleficia, de quibus cognoscere potest, aggrauare, & in maiori pœna punire. Et ita communiter dicitur, vt attestatur Nellus de bannitis, in secunda parte primi temporis, quæstione 6. subdens, quod ita communiter seruatur per assessores, licet dicat, quod de iure id fieri non potest, & quod rectores illud seruant in animarum suarum perniciẽ. Hanc etiam dicit esse commu nem opinionem, Ias. in l. si idem cum eodem, ff. de iurisdictio. omnium iudic. quem refert Villalpand. in repet. l. 22. c. 8. post numerũ quartum. Vide, quæ dixi supra quæst. 39. versic. pro complemento.*

8 *Alia* l *etiam est defensio, qua potest reus vti, excipiendo peremptam esse instantiã causæ: nam eo casu debet absolui. Et licet in ciuilibus perempta instantia actor ad-*
m *huc audiatur* m *refectis impensis, vt dixi infra lib. proximo; tamen in criminalibus accusator post peremptam instantiam non est vlterius audiendus. Et ita communiter dicitur, vt attestatur Salyc. in l. qui de crimine, post num. 8. C. de accusatio. quem refert Capyc. dec. 206. num. 4.*

9 *Et scias, quod licet regulari-*

18 de, † quid si officialis nõ steterit ad syndicatum, nec absolutoriã habuerit, an perpetuo, vel secundum naturam actionum conueniri poterit in patria sua de gestis in officio, latè Io. Anton. de Nigr. super cap. Regni cap. 132. numero 18. sub rubr. de syndicatu. *Baiard.*

19 l *Alia etiam est defensio.* ] Adde, † an huiusmodi instantia pereat, quando fuerit processum per inquisitionem, & an instantia per lapsum biennij pereat, & omne ius, vel de nouo possit accusari, vel diffinitiuè sit absoluendus, & an competat restitutio parti, vel fisco, vide per Gram. in vot. 31. vbi plenissimè, & an currat in concistorio Principis, Benint. in decis. 76. nu. 14. ubi dicit, quod causæ criminales terminantur biennio, siue procedatur per viam accusationis, siue inquisitionis, vide etiam per Carrer. in pract. crim. in §. obseruare, nu. 369. & Carau. in rit. 248. vbi multum diffusè hanc materiam tractauit, & ibi etiam posuit,

20 quomodo † in Regno Neapol. procedatur circa peremptionem instantiæ, & quid seruatur, & instãtia statuti cur

21 rit † in causa inquisitionis, sicut instãtia iuris communis. Bero. in c. venerabilis, nu. 79. de iud. & ibi, nu. 37. an contra clericos, quo tempore finiri debeant causæ criminales, & in hac † materia instantię vide etiam Franch. in decis. 250. vol. 2. vbi tenet causas criminales omnimodo esse finiendas infra biennium, sublata spe prorogationis, dispensationis, retractationis, restitutionis in integrum, & purgationis moræ, nec ex quauis occasione, siue proxima, siue remota vltra biennium prorogari, siue per actorẽ, siue per reum, siue iudicem steterit, & in fine dicit, quod in Regno Neap. a Proregibus instãtia sine aliqua causæ cognitione prorogatur.

22 les, & in hac † materia instantię vide etiam Franch. in decis. 250. vol. 2. vbi tenet causas criminales omnimodo esse finiendas infra biennium, sublata spe prorogationis, dispensationis, retractationis, restitutionis in integrum, & purgationis moræ, nec ex quauis occasione, siue proxima, siue remota vltra biennium prorogari, siue per actorẽ, siue per reum, siue iudicem steterit, & in fine dicit, quod in Regno Neap. a Proregibus instãtia sine aliqua causæ cognitione prorogatur.

23 Item adde, quod † si accusatus, siue inquisitus confessus fuerit delictũ, quod poterit condemnari, non obstante peremptione instantiæ, tanquam de notorio, cũ enim non pereat confessio, quæ facit notorium, vt not. extra de appel. c. Romana, §. finautem, libro 6. ideo reus condemnari poterit, quia in notorijs non requiritur ordo iudiciorũ, & facit, quod dicit Innoc. in c. per inquisitionẽ, extra de elect. & in c. cum super de confess. Et idem est, si tempus instantiæ esset præfixum a consuetudine, vel a statuto, secundum Gram. in constit. Regn. de desistent. ab accusatione, in fi. Et an idem sit in ficto confesso, quia contumax, vide Rol. consil. 94. vol. 3. & idem esset, si perempta instãtia appellationis, ideſt, quod appellatio esset deserta apparet de cõfessione, iudex posset condemnare. Berous in cap. venerabilis, n. 67. circa med. de iud.

24 Item adde, † eo tam Principe instantiam non obseruari, secundũ Calcan. cons. 26. nu. 9. & Menoc. de arbitr. iud. q. 8. nũ. 22. fol. 10.

25 Item adde, † quod iudex poterit cõdemnare, & punire contumacem perempta instantia, qui non obtemperauerit mandato iudicis facto durante instantia, Andr. de Iser. in constit. in pecuniarijs, & Afflict. in constit. accusatorem, nu. 4.

26 Item adde, † prout ibi dicit idem Afflict. quod nunquam currit instantia in causa, de qua secundum iura, & Constitutiones, Rex est consulendus, & idem tenet Luc. de Pen. in l. fin. C. de naufrag. & ibi etiam idem Afflict.

27 dicit, † quod consuetudo potest facere, quod in causa non pereat instantia.

28 Item adde, † quod fideiussio de iudicio sisti toties quoties finitur finita instantia, Afflict. in constit. sæpè contingit, num. 4. & 5. & Imol. in consil. 47. in casu permisso, & Carauit. ritu 44 nu. 12.

Item adde, quod de peremptione instantiæ potest opponi etiam post sententiam, Ioseph Lud. decis. 24. inter Iucen. & decis. 43. in fine. *Baiar.*

m *Refectis impensis.* ] Adde Abb. in c. venerabili, & ibi in addit. extr. de offic. deleg. supra ad. q. 48. vers. 1. *Drogh.*

*Accu-*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

n *Accusatorem esse mortuum.* ] Quid si accusatus sit mortuus, dic crimen extinctum esse, etiã si esset accusatus de crimine falsi, vide per Cæpol.crim. consil.25. nu. 5.qui nu. seq. dicit quibus casibus non extinctum remanet crimen accusatorũ morte, quod etiã tradit Iul.Clar.inf. vers.sunt tamen. Adde Alb. Gand. de malef. tit.accusari, quæ perso. non possint.col.1.*Giach.*

*Accusatorem esse mor*
39 *tuum.* ] Adde, quod † nõ procedit, quando accusatio esset ciuilis, quia tunc indistinctè transit ad hæredes, modo accusator decesserit post litẽ contestatam, vt per Gomes.in cap.1.de delict. num.85.*Baiard.*

o *Sed hoc intellige.* ] Adde, quod hanc restrictionem D.Clari impugnat Farin.q.4.nu. 32.
30 in fi.vbi dicit, † quod hodie de consuetudine iudex in omnibus delictis procedere potest, quinimò hoc esse de iure, per tex.in l.constante matrimonio in fine, ff. de adult. & hoc latè habetur sup a ad §.adulterium, in princ. in vers. item adde, quod si extaret statutum.*Baiard.*

p *Quæro nunc.* ] Farin. d.q.10.nu.36.37. & 48. & nu.50.& 52.*Ros.*

*Quæro nunc.* ] Adde,
13 quod mors † vigintimodis probatur, quando agitur de re pecuniaria, seu de præiudicio reparabili; secus autem, vbi de re grauiori, seu de præiudicio irreparabili, nã tunc plenè mors omnino probari debet, vt per Sebast.Med.in tractat. mors omnia soluit par. 1.nu.87.cum seq.fol.13. & quomodo mors probari possit, vide omnino Mascar. de probat.conclus.1070.& 1071.& 1072.

32 Item † adde, quod licet iudiciũ regulariter morte extinguatur, tamen hæres accusati potest instare, & petere a iudice, vt declaret defũctum delictum non cõmisisse, habita, & recepta super hoc informatione, & probatione vera, & iuridica, & iudex ter de iure canonico causæ nullam habeant instantiam, vt dixi infra libro proximo: illud tamen intelligendum est, vt procedat in causis ciuilibus, non autem in criminalibus: nam in istis tam de iure canonico, quam de iure ciuili perit instantia, & in hoc omnes concordant, vt dicit Anan.in d.c.qualiter, & quando il 2.§. licet autem, nu.16.de accus. In hoc tamen Ducatu hæc defensio parum prodesset: quia in causis criminalibus nulla seruatur instantia, neque iuris cõmunis, neque constitutionum, neque statutorum, quinimò ex generali consuetudine etiam perempta instantia potest iudex prosequi processum, & ita seruat practica, vt dicit Boss.in tit.de inquisitione, nu.89.qui etiam in tit.de sent. nu.108. attestatur, quod ordines huius ducatus disponentes super instantia causarum criminalium, in practica non seruantur, et est omnibus notissimũ.

10 Pariter etiam posset allen gare o accusatorem esse mortuum, propterea q; extinctum esse, & abolitum ipsius accusationis iudicium, neque hoc casu audiendi essent hæredes ipsius accusatoris, si vellent uti hæredes accusationem ipsam prosequi, l.1. & per totũ titulum, C.si reus, vel accus. mor.fue. & est omnium receptissima sententia, vt dicit Placa lib.1.delictorum, cap. 38.nu.2.Sed certè hæc etiam defensio non multum prodesset; licet enim hoc casu secuta dicatur legitima accusationis abolitio; potest nihilominus iudex ipse ex officio accusationem ipsam prosequi, et processum perficere, & ita tenent Bart. in l.libellorum, §.fin.num.5.ff.de accusat.& ita communiter tenetur, vt ait Corset.in repert. Abb.in verbo, Abolitio, Anan. in c. crimina post num.5. versic. his autem præmissis, de colluss. deteg. licet dicat, quod contraria pars est mitior, humanior, & benignior, & ita seruatur in practica, ut attestatur Boss. in tit. de inquisitione, nu.89. Quæ quidẽ conclusio hodiernis temporibus nullam habet difficultatem, cum ex generali consuetudine in omni casu procedatur per inquisitionem, siue extet accusator, siue non, vt dixi supra quæst.3.versic.sed certè. Vide, quæ dixi inf.quæst.58. vers.& scias.

11 Quinimò si accusatore mortuo velit aliquis alius accusationem prosequi, potest illud facere, dummodo compareat ad illam prosequendam intra 30. dies, & etiam post 30. dies, et si uelit de nouo accusare principaliter, & p se, admittitur intra tempus a lege accusationi præfixum: ita declarat Bart. in l.libellorum, §.fin.nu.6.ff.de accus. & est commu.opi.ut dicit Ant.Gomes. lib. delictorum, cap. 1. num.56.

12 Sed quid si accusator desistat, nunquid poterit iudex procedere? Respon. quod ex quacunque causa accusator desistat, poterit iudex ipse prosequi processum, et finire. Ita sentit Bart. in l.libellorũ, §.fi.num.5.ff.de accus. & est commu.opi.vt dicit Gand.in tit. de transact. quem refert Pract.Carer.f.505.nu.379. in fi. Aret.in c.licet nu. 22. de accus.subdens, quod seruatur in practica. Vide, quæ dixi sup.q.3. vers.superflua et, & infr.q.85.circa princ.

o Sed o hoc intellige, vt procedat in illis casibus, in quibus iudex ab initio potuisset ex officio procedere: aliàs secus.

13 Quæro P nunc, quid si allep getur, & probetur delinquentem esse mortuum, nunquid adhuc debet iudex ad ulteq riora procedere. Resp. o quod non: nam crimen, & pœna per mortem extinguitur, l. defuncto, ff. de publ.iud. et est cõmunis conclusio, vt ait Cagnol. in l. pupillum qui, §. in hæredes, post nu.4. versic. Et prædicta, ff. de reg. iur. Neq; mortuo accusatore transit in hæredes accusatio, vt est tex. in l.1.C.si reus, vel accusator mortuus fuerit. Et hanc dicit esse omnium receptissimam sententiam Placa lib.1.delictorum, c.38.nu.2.

14 Sunt r tamen aliqua crimina excepta, in quibus etiam
r post mortem delinquentis procedi potest, scilicet hæresis, [ & læsæ Maiest. repetundarum, peculatus, [ homicidij sui ipsius ob conscientiam sceleris patrati, quos omnes casus tenetur facere pro euitanda infamia defuncti, & conseruanda eius memoria, l.filio.§. Seias ff.de adimen.leg.& Gomes. de delict. cap. 1. num.85. *Baiar.*

q *Quod non.* ] Hic cadit pulcherrima, & quotidiana dubitatio; An scilicet sententia in pœna pecuniaria ferri possit in personam procuratoris effecti domini litis, mortuo reo post litẽ contestatam, & de delicto conuicto, vel confesso, an aute ferri debeat in personam hæredum vocatorum; de qua nouissimè plenè vide, & dic, vt per Osasc. decis. Pedem.149.*Giach.*

r *Sunt tamen aliqua crimina.* ] Farin.q.10.num. 42.vol.1. *Ros.*

*Sunt tamen aliqua cri-*
33 *mina.* ] Adde † videndum Peregrin. de Iuribus, & priuileg. fisci, lib.4. tit.5.num.5. cum sequenti, vbi accumulauit decem & septem casus, in quibus per mortem delinquentis crimẽ non extinguitur quo ad pœnam, respectu bonorum fisco applicandorum, vel respectu pœnæ pecuniariæ, & de crimine hæresis, ita tenet latè Direct.inquisit.parte 2. quæst.111. quod procedit in hæretico vero nõ suspecto, Zanch.de Hæretic.cap.24.num.2.& in crimine læsæ maiestatis, adde Menoch.cons. 99.& Decian.consil.18. vol.1. contra Roland. consilio 1. volum.3. vbi multa de pena pecuniaria, & tenuit etiam Menoch.in casu 265.num. 11. pœnas pecuniarias non extingui morte delinquentis. *Baiar.*

[ *Homicidij sui ipsius.* ] Hic adde, qua pœna afficiatur mortem sibi cõscisens, vel vulnus inferens: quid iure diuino, Pontificio, ciuili, Romano, quidque Græco, elegãter explicatur per Iacob.Menoch.de arbitr. iud.lib.2. centu.3, casu 284.*Giach.*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*t Scias etiam quod.*] Farin. vbi sup. nu. 57. & alijs maxime 95. *Ros.*

*Scias etiam.*] Adde, quod idem tenet Iafred. in decis. 391.
34 quod pœna, † quæ infligitur ipso iure, transit contra hæredem, etiam lite non contestata contra defunctum. Adde, quod Gomes. in loco hic allegato tenet, quod in crimine hæresis post mortem potest procedi infra quadraginta annos, & imponitur pœna confiscationis omnium bonorum, quæ nocet hæredibus, & alijs quibuscunque possessorib. per tex. in c. 2. de præscrip. in 6. & ibi ad contraria respondet, sed vide, quæ posui supra in §. hæresis ad vers. Item de crimine hæresis. Et est aduertendum, quod nunquã in dubio pœna intelligitur imposita ipso iure, sed per sententiam ferendam, Alex. cons. 103. nu. 16. vol. 1. *Baiard.*

u *Sequi condemnatio.*] Adde post Boss. citatũ, vide per Osasc. ead. decis. 149. nu. 6. *Giach.*

x *Consuluit in facti contingentia, Alba. cons.* 90.] Adde, quod ibi Al-
35 ba. dicit, † quod contumacia habetur pro conclusione, stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso, & dat formã sententiæ, vide et Menoch. de recuperan. poss. remed. 1. num. 159. & cons. 99. nu. 157.

36 Item † adde, quod hæres tenetur ex dolo commisso per defunctum in contractu, vel quasi contractu indistincte, etiam lite non contestata cum defuncto, & etiã quod ad hæredem nihil peruenerit ex dolo, l. ex contractibus, & l. ex deposito, ff. de actio. & oblig. & l. 1. C. ex delict. defunct. & gl. ibi. Abb. in cap. fin. de sepul. Franc. Trigin. cons. 19. nu. 6. & Vgoli. cons. 17. nu. 7. inter cons. vltimar. volunt. *Baiar.*

y *Adde, quod non requiritur, quod ante mortem sequuta sit*
38 *declaratio criminis.*] Adde, quod † declaratoria etiam post mortem rei fieri potest, & ita est verior, vt per Nell. de bannitis in 1. par. 2. temp. quæst. 7. Boss. in tit. de senten. num. 47. & Bero. in consil. 176. num. 93. vol. 1. quia declaratoria non requiritur ad effectum pœnæ committendæ, & dominij rerum in fiscum transferendi, sed tantum super facto, & aduocatione possessionis bonorum, nam facta declaratione criminis commissi, ex tunc retro declaratur, reum ex delicto incurrisse in pœnas a lege ipso iure indictas, Abb. in c. pernenit, de cens. Bero. in d. consilio 176. num. 65. sic etiam contingit in criminibus, pro quibus rei defuncti memoria damnatur, & in his huiusmodi pronunciatio requiritur, veluti in crimine læsæ maiestatis, & hæresis, Rolan. consil. 8. num. 8. volum. 3. Bursat. consil. 43. Menoch. cons. 99. num. 172. & ita tradit Peregr. de iur. fisci lib. 4. tit. 5. nu. 13.

Adde circa huiusmodi quæstionem, si pœna non declarata contra auctorem possit contra eius hæredem declarari, vide Gabr. concl. 35. lib. 7. vbi plenè; vide etiam decis. Pedem. 148. vbi tenet, sententiam pecuniariam mortuo reo post litem contestatam, modo de delicto confessus, aut cõuictus fuerit, proferri posse, & hoc procedere, siue procedatur per viam inquisitionis, siue accusationis, & tam in confiscatione omniũ bonorum, siue partis, quam in condemnatione facta in quantitate, & hæc est communis opinio, Bursat. consil. 77. num. 21. vide etiam Bertaz. cons. 33. num. 5. volum. 1. & ibi per Addent. in litera B. & in dicta decis. Pedem. ha-
39 betur etiam, an † sententia in pœna pecuniaria ferri possit in personam procuratoris, effecti Domini litis mortuo reo post litem contestatam, & de delicto, vel confesso, an autem ferri debeat in personam hæredum mortuorum.

40 Item † adde, quod confessio ficta, quę resultat ex contumacia, quãdo transit ad cõdemnationem, pœna transmittitur ad hæredes propter sententiam, decis. Pedem. 106. & Bertaz. cons. 85. num. 31. secus vero si delinquens ante condemnationem mortuus fuerit, quia tunc hæres non poterit condemnari; morte enim delictum extinguitur, Paul. de Castr. in l. transigere, nu. 9. C. de transact. Bart. in l. ex iudiciorum, ff. de accusat. Angel. Aret. consil. 71. num. 41. volum. 1. crim. & hoc communiter in

*recenset, & dicit a Doctoribus communiter teneri Ant. Gomes. cap. 1. delictorum, nu. 80. de quibus ego suis locis tractaui.*

15 *Scias* t *etiam, quod in om-*
t *nibus casibus, in quibus pœna amissionis bonorum est imposita a lege ipso iure, potest etiam mortuo delinquente tractari de eo crimine contra hæredes, ad effectum confiscationis bonorum. Ita dicit glos. in l. 3. §. quod autem. in verbo, Etiam hæredi eius, ff. quod quisque iur. & est communis opin. vt dicit Tiraquell. in repet. l. si vnquam, in verbo, Reuertantur, num. 241. C. de reuocan. donat. Ias. in d. §. quod autem, num. 2. vbi dicit, quod omnes ita tenent, Didacus in epitom. super 4. decretal. fol. 82. post num. 6. Ant. Gomes. in loco prælleg. versic. sextus casus, Menchiaca controuers. illustr. cap. 96. num. 22. & controuers. vsu frequentium, cap. 6. num. 15. Vide, quę dixi infra quæstione 94. versic. sed pone. Et quod vbi agitur de pœna pecuniaria, possit etiam post*
u *mortem* u *sequi condemnatio, modo prius esset conclu-*
x *sum in causa,* x *consuluit in facti contingentia Alba. cons. 90. tenenturque eo casu hęredes, probato crimine, non modo bona ipsa fisco relaxare, sed etiam omnes fructus per ipsum delinquentem a die commissi criminis perceptos restituere. Et hęc est communis opin. vt ait Diaz in practica criminali canon. cap. 123. quem refert Didacus in loco prælegato, post num. 7. Menchiaca in d.*
y *cap. 7. num. 16.* y *Adde, quod non requiritur, quod ante mortem secuta sit declaratio criminis. Et hanc fatetur esse communem opinio Boss. in tit. de pœnis, num. 34. in fin. licet in tit. de accusat. num. 34. dicat, quod in hoc Ducatu non obstante Decreto, cuius virtute bona ipso iure confiscantur a die commissi criminis, seruatur nihilomi-*
z *nus, vt requiratur, quod* z *facta fuerit declaratio criminis ante mortem ipsius rei, quod ego etiam semper vidi obseruati, & in specie in bonis cuiusdam Petri Martyris de Monte, scribæ, & ratiocinari in negocio salis, qui confessus fuerat se libros suos vitiasse, & falsas relationes in fisci præiudicium fecisse; cum tamen mortuus esset ante condemnationem; re in Senatu discussa, iudicatum fuit eius bona fisco non competere, sed ad ipsius proximiores spectare, 11. Augusti 1552. P. N. Credo tamen, quod hoc de iure vix posset sustineri, præsertim in casibus, in quibus potest memoria defuncti damnari; in quibus quidem ego apud nos nunquam hoc vidi decisum in facti contingentia, & si casus contingeret, fortè non recederem a communi opinione, præsertim cum in nouissimo palatij versatur, vt dicit Ludou. concluf. 3. lib. 1. comm. vers. ampliatur nono.*

41 Item † adde, quod hæres non tenetur in duobus casibus: vnus est, ff. si mens. falsum. mod. dix. l. si ex duobus, §. vlt. alius est, ff. de tributor. l. illud, §. vlt. & ita tenet gl. magna, in fin. c. fi. de sepult. *Baiard.*

z *Facta fuerit declaratio.*] Illa stat fortassis ratio, quia ante sententiam nullum ius competit fisco per ea, quæ tradit Neguss. tractat. de pignor. 4. membr. 2. partis, num. 115. ad finem, alias autem vbi imponeretur pœna, ipso iure attenditur tempus delicti, non autem declarationis, pourt etiam stante Decreto, de quo infra quæstione 78. versic. Vlterius quæro, attendi soler in statu Mediolani tale tempus delicti, & vtique confert hæc practica cum Iure Canonico: Constito namque de delicto statim est locus pœnæ, sed pœna non habet locum ante declaratio-

nem

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

nem faciam, Beninten. decis.37.num.11.& decis.46.in fin. *Drog.*

a *Scias autem.*] Adde text.24.quæst.2.cap. sanè,ibi, si modo conuinceretur, & vide omnino Ang.de Castr. inter consilia criminalia diuersor. consil. 94. num. 8.& 9. cum seqq. vol. 1.*Drog.*

b *Sed hic incidenter quæro.*] Cartar. de execut.sentent.cap.fi.num. 466. Decian. de crim. to.2. lib.9. cap.4. num. 14. Menoch. casu 285. de arbitr. iud. Farinac. vbi supra numero 56. *Ros.*

c *Respondeo,quoad pœnã* 42 *corporalem.*] Adde† Menoch.de arbitr.iud. dicto casu 285.& latissimè per Farin. d. quæst. 10. nu.77. cum sequenti. *Baiar.*

d *Sæuire in eius cadauer.*] Adde quando in mortuos sęuire liceat,aliqua memoratu digna per Iac.Menoch. de arbit.iud.lib. 2.cent.3.casu 285. *Grach.*

e *In famosis latronibus.*] Idem in assassinis, parricidis, & alijs committentibus grauissima crimina,ratione immunitatis scelerũ, vide per Ludou. Carer.in pract. crimin.§.homic.vlt.sub num.13. *Grach.*

f *Similiter vidi suspendi quendam incognitum.*] Adde de incognitis, supra quæst.4.vers.Quando verò ibi, licet enim ignoretur, infra quæst. 89.versic.scias autem in fi.At quod iste incognitus interfectus de iure suspendi non potuisset, vide Dec.in l.hęredem, num. 20. ff. de reg. iur. Menoch. de arbit. iud. lib.2.cent.3.casu 285.in princ. *Drogh.*

g *Conscientia proprij sceleris.*] Adde infra quæst. 60. vers. prodest etiam,in fin. *Drog.*

*Conscientia proprij sceleris.*] Adde Menoch. de arbitr.iud. casu 284. num.15. vbi tenet,quod iudicis arbitrio relin- 43 quitur,† an cadauer illius,qui sibi mortẽ conscisuit, suspendi debeat, & idẽ tenet in casu 285. numero septimo, Marsi. in l.fin. num.40. ff. de

*mis constitutionibus, in tit. de accusat.cap. mortuorum, videatur hic articulus relictus dispositioni iuris communis.* a *Scias autem, quod in casibus, in quibus potest damnari memoria defuncti, vel bona post mortem confiscari,illud intelligendum est, vt procedat intra quinquennium a die mortis defuncti, non autem vltra. Ita tenet gloss. in l.Manichæos, in verbo, Subire, C. de hæret. & communiter Doct.teste Ant. Gomes. in loco præallegato, num.81.*

16 *Sed* b *hic incidenter quæro:Pone quod reus,qui est de crimine confessus, vel conuictus, vel etiam condemnatus, ante executionem moriatur, vel naturali fato, vel quia manus intulerit, quid debet iudex hoc casu facere?* c *Respon.* quo ad pœnam corporalem certè non debet vllo d *modo* d *sæuire in eius cadauer, neque illud suspendi facere, & assessores, qui id faciunt, tenentur iniuriarum, & est pessima practica, vt dicit Paris Put. de syndic. fol.315.num. 1. Et hoc est commune dictum, vt ait Sapia in l.Imperium,posi numerum septimum, ff. de iurisd. omnium iudic. Hanc etiam opin.dicunt esse communem scribentes in d.l.Imperium, & in specie Curt. iun. num. 35.Igneus in l.1.§. si sibi manus, post num.46. & 54. ff. ad Syllan. Boss.in tit. de accusatio. num. 33. Nam crimen, & pœna morte delinquentis extinguitur, vt dixi supra, versic. quæro nunc.Et hæc ratio assignatur per Doctores communiter, vt dicit Sapia in loco præallegato,numero sexto. Sed certè quidquid sit de iure, contrarium praxis tenet, & obseruat,vt ait Igneus in loco præallegato,num.21.& 42. vbi etiam subdit, quod in parlamento Rothomagensi bis vidit iudicari contra hanc communem opin. Contrarium etiam de facto seruari attestatur Bal. in l.2. num. 2. C. qui testam. face. poss. quem refert Marcus decis.953. quæritur de ratione,numero septimo. Imo*

*la in cap.Raynutius, numero 144.de testam. Cagnol. in l. pupillum qui §. in hæredes,* e *num.2. ff. de reg. iur. &* c *in famosis latronibus idem attestatur Imola in d.l.Imperiũ, prout illum refert Gigas de crimine læsæ Maiestatis fol. 137 quæst.32.nnmero quarto. Idem etiam dicit Imola in l.defuncto,num.1.ff.de publicis iudic. & in l.1.§. quoties, ff. de iniur. prout illum refert Bertach.in verbo.Cadauera, num.3. & Ang. de malefic. in verbo, qui iudex videns,num.43. & Marian. in repet. c.qualiter,& quando,nu.261.*

*Idem practicari in regno Castellæ attestatur Anton. Gomes. cap. 1. delictorum, num.79.referens se ita uidisse practicari in quodam forensi in ciuitate Salmaticensi, qui dicebatur fugisse de religione, & monasterio, & tentasse habere accessum ad puerum, vt cum eo committeret peccatum contra naturam, & ex indicijs captus fuit, & in carcere se suspendit: nam fuit statum publicè ductus per ciuitatem, & vias publicas, & igne crematus. Ita etiam quandoque vidisse seruari in vilibus, & publicis latronibus, attestatur Boss.in loco præallegato, & in tit. de execut. sententiæ,num.18.Et ego uidi aliquando delinquentes, qui in actu capturæ a satellitibus occisi fuerant,suspendi ad aliorum terrorem, & hoc* f *quando delictum erat notorium.* f *Similiter vidi suspendi quendam incognitum, qui aggressus fuerat quendam, & contra eum sclopum exonerauerat, licet enim fuisset ille incognitus in illa rixa interfectus, iussit tamen Senatus illum furci suspendi. Sic etiam vidi alios,qui pendente processu seipsos interfecerant, furcis publicè suspendi, & in specie quendam Ludouicum Bergaminum, qui post confessionem delictorum seipsum in carcere strangulauerat, 6. Nouembr.1555. P.N. Et licet Igneus in d.§.si sibi manus,nu.21. dicat,quod communis praxis, & obseruantia iudicum est,quod eos, qui seipsos ex quacunque causa occidunt,suspendi faciunt,ex eo quod sui ipsius homicidæ sunt, hæc tamen practica apud nos non seruatur,nisi (vt dixi) id faciant pendente processu in carcere existentes:nam eo casu* g *præsumuntur id fecisse, conscientia proprij sceleris,vt dixi infra q.68.vers. seipsum occidere.*

17 *Vlterius quæro,nunquid hęres teneatur* h *ex delicto defuncti. Resp. quod de iure ciuili non tenetur:nam regulariter pœnæ delictorum non transeunt ad hæredes,l.1.ff.de priuat.delict.* i *De iure autem canonico tenetur hæres pro delicto defuncti, etiamsi nihil ad eum peruenit. Et ita tenent com-*

quæstio. Boer. in decis. 316. numero nono, & Sebast. Medices in tractat. mors omnia soluit parte prima, num. 142. vide etiam Farinac.var. quæst.in quæst.10.num. 77. cum sequent.vbi latissimè.*Baiar.*

h *Ex delicto defuncti.*] Adde,atque fusius vide de ista q.per Osas.decis. Pedem.152. per totum. *Grach.*

*Ex delicto defuncti,*] Farin. vbi supra num. 57. *Ros.*

*Ex delicto defuncti.*] 44 Adde distinctionem, † quam facit Osac.in decis. Pedem.151.in Terris non subiectis ratione temporalitatis ecclesiæ,seruandũ esse ius ciuile;in locis vero subiectis ecclesiæ, seruãdum esse ius canonicum, & 45 quando hæres † teneatur de delicto defuncti, vide etiam Capr. commun.conclu.reg.57.per totam, & latissimè per Farinac.variar.quæst.in q.10.num.56. cum multis seqnen. & ibi etiam, quando reus fuerit condemnatus in contumaciam. *Baiar.*

i *De iure canonico.*] Adde glo. in cap. parochiano, de sepult. & glo.1.quæst.4.§.item pacto.& gl.in d.cap. in literis, de raptor.& glo. 14.quæst.2.cap.sanè, & gl.in cap. si episcopus, ibi,quæst.2. *Guior.*

*Scias*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

k *Scias tamen.*] Adde
46 tradita † per Osasc. decis. Pedem. 152. in fine. *Baiard.*

l *Siue confecerit inuentarium, siue non.*] Adde, quod ista est crebriot sententia, teste Osasc. d. decis. 152. num. fin. *Giach.*

m *Vltimo quæro.*] Cattar. de execut. sentent. cap. fin. num. 308. in fin. Farinac. in 4. vol. quæst. 98. causa decimasexta, nu. 144. *Ros.*

*Vltimo quæro.*] Adde
47 tradita † per Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 10. nu. 4. & vide etiam Angel. de Cast. in 2. to. consil. crim. diuersor. in consil. 32. cum duobus alijs sequent. vbi habetur, quod Iudæus propter baptismum non sit puniendus pœna mortis, sed alia pœna, & idē Angel. ibi num. 5. dicit, quod hoc sibi videtur æquum, & iuridicum, etsi baptismus esset susceptus in fraudem, & causa euitandi pœnam mortis, & etiam ad ipsam pœnam mortis iam condemnatus fuisset, & hoc fauore fidei. Tiraquel. de pœn. tem. causa 25. numero 6. cum sequenti. *Baiar.*

n *Ego vero si casus contingeret.*] supra quæst. 36. versic. sed pone vbi attenditur status tempo *communiter canon. ut dicit Abb. in cap. in litteris, nu. 3. de rapt. quem refert Anan. ibi, post numerum 13. vers. In glos. hæredes, Ioan. Brun. post relectiones Didaci, fol. 360. colum. 2. versic. Secundo adde. Hanc etiam dicit esse communem opi. (canon. Abb. in cap. fin. post num. 6. de sepult. quem refert Ant. Gomes. cap. 1. delictorum, num. 85. Et illam communem appellat Aret. in rubr. ff. de acquir. hæred. colum. 2. quem refert Ruin. cons. 20. num. 1. lib. 4. Burgos in cap. 1. col. 4. de empt. & vendit. Didacus libro 3. resolutionum, cap. 3. post num. 7. Et hoc etiam si cum defuncto lis contestata non fuerit. Et hanc dicit esse communem opinionem Legistarum, & Canonistarum. Duennas regul. 13. num. 12. Xuares allegat. 26. num. 4. Menchaca controuer. c. 96. post num. 27. versic. Secta limitatio.*

18 *Scias* k *tamen, quod hæres*
k *non tenetur ex delicto defuncti, nisi vsque ad vires hereditarias, &* l *hoc siue confecerit inuentarium, siue non. Et est commun. opin. vt dicit Aret. in loco prælegato, quem refert, & sequitur Ruin. in d. cons. 20. circa fin. Negus. de pignor. fol. 50. nu. 124. in fin. Anan. in d. c. in litteris, numero septimo, de rap. Didac. in d. cap. 3. numero octauo, Boss. in titul. de pœnis, numero 34.* ris delicti, & ibi varietes dixi. *Drogh*

19 *Sed pone, quod delinquens reliquerit plures hæredes, & vnus eorum non sit soluendo: nunquid tenebitur alius exonerare conscientiam defuncti? Respon. quòd sic: ita tenent Hostiens. in cap. tua, de vsur. & est communis opinio, vt attestatur Alciat. in l. 2. §. & harum, num. 31. in fin. ff. de verb. obligat.*

20 *Vltimò* m *quæro, nunquid Iudæus, qui post commissum*
m *delictum suscepit sacrum baptisma, possit pro eo delicto puniri. Respond. In hoc fuit aliquando controuersia inter Doctores: nam gloss. in cap. quod autem, in verbo, Pœnitentis, 32. quæst. 1. tenuit, quod non: & dicit Ferrat. cautela 24. post numerum quartum, quod hæc est communis opin. Theologorum, quem refert Vinius in libro communum opin. in verbo, Accusari potest Iudæus. Alij vero multi tenuerunt contrarium, scilicet, quod licet Baptismus tollat pœnam spiritualem criminum ante cōmissorum, non tamen liberat a pœna temporali, quæ pro eis esset imponenda. Et hanc esse communem opinionem attestatur Ioan. de Anan. in d. cap. de ijs, post num. 6. quem refert Ruin. consilio 13. numero tertio, libro quinto, vbi in facti contingentia ita consuluit, licet subdat, quod erit in arbitrio iudicis eligere contrariam opinionem tanquam mitiorem, & æquiorem. Berous in eod. cap. de ijs, num. 15. Apostil. ad Angel. de malefic. in verbo, Et ad querelam post num. 91. Dec. consilio 130. num. 2. Ferd. Loazes in §. ijs itaque, numero 28. Instit. de iustitia, & iure, quem refert Placa, libro primo delictorum, cap. 34. numero 17. Marquar. de*
n *Iudæis in tertia parte, cap. 5. numero primo.* n *Ego vero, si casus contigeret, libentius inclinarem in opin. gloss. quæ procuidubio æquior est, & religioni nostræ magis fauet, magisque attrahit Iudæos ad conuersionem, vbi tamen non apparet, quod sacrum baptisma in fraudem susceperint. Bene verum est, quod in omnem casum, licet talis Iudæus sit liberatus a pœna temporali, non tamen erit liberatus a restitutione, vel emendatione damni, ad quam teneba tur ante baptismum susceptum, & hoc dicit esse verissimū, & ab omnibus approbatum Ruin. in d. cons. 13. num. 2.*

---

# QVÆSTIO LII.

## De negatiua probatione.

*SVMMARIA.*

Ex Claro.

1 *Si probetur delictum, de quo reus imputatur, non fuisse commissum, debet reus absolui.*
2 *Potestque id probari per rei euidentiam.*
3 *Item potest probari per testes.*
4 *Negatiua simplex, & indeterminata est improbabilis, secus autem si sit coarctata loco, & tempore.*
5 *Potest etiam negatiua probari per dictum ipsius offensi.*
6 *Et an exculpatio facta per offensum eximat reum a tortura.*
7 *Vbi non constat de delicto, reus non potest puniri, remissiuè.*
8 *Si non appareat de nomine offensi, an possit reus puniri.*

Ex Additionibus.

1 *Negatiua non entis an sit probabilis.*
2 *Testes super negatiua præsumuntur falsi.*
*2 *Oratio negatiua quæ sit.*
3 *Exculpatio quomodo sit facienda, & quando prosit, remissiuè.*
4 *Inquisitio valet, etiam quod ignoretur nomen delinquentis.*
5 *Cadaueris recognitio quomodo sit facienda.*

ADDI

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

## ADDITIONES Ad Quæst. LII.

*Et euidentiam rei.*] Cartar.de execut.senten.cap. fin.numero quadragesimosecundo. *Ros.*

b *Sit per rerũ naturam impossibilem.*] Adde, quæ dixi supra ad q. 4. vers. Hæc autem omnia, in fractura muri, de qua ibidem, Cartar.de execut. senten. cap. fin.nu. 43.*Drogh.*

c *Scias autem.*] Immo potest probari vide per Nat.consil. 684. & declara, vt per Spec.tit.de probat.§.probare col.1. & 2.vi.inf. *Drog.*

*Scias autem.*] Adde videndum † Nat.in cõsil.648.vbi,quod negatiua non entis sic punibilis. *Baiard.*

d *Præterea etiam.*]negatiua simplex est improbabilis, Farin.q.75. vol.3.par.3.nu.221.*Ros.*

e *Si tamen coarctetur loco.*]Farin.q.65.& par. 3.nu.222. *Ros.*

f *Non potuisset esse,vel fieri.*] Adde, vt cautus sit testis, ne talia deponat, vt hic in fine; tunc enim reditur per tale dictum suspectus de falso, qua sola suspicione stante super tali dicto carcerari potest, vt in suspecto de falso dixit Dec. cons.274. sub nu. 5. & cons.602.num. 6. ad med.quod tamen limita, vbi testis sic carcerandus vellet fideiubere, Capyc. decis. 30. num.4.supra in §.falsũ, versic. Trita est, & potest esse ratio, quia cum pro crimine falsi non fit pœna mortis naturalis, vt est supra §.falsum, versic. sed quæro,fideiubendo euadit carceres per ea, quæ dixit supra quæst.46.versic. In hac autem. *Drogh.*

g *Caueant tamẽ testes.*] Adde† videndum Dec. in capit. quoniam contra numer.3.& 18.de probat. *Baiard.*

h *Dicuntur suspecti de falso.*] Vt per Dec.qui alios concordantes allegat in c.quoniam contra, num.3.& nu.18. de probat.vel procedete, inquit, etiam si verbis affirmatiuis proponatur,quod & comprobat apostilla illic,quoniam consideratur effectus,& illa oratio † vere negatiua est, quæ priuationem significat. per Dec. post allegatos ibidem,qui illam limitat duobus modis. Et primo, nisi negatiua sit sensui coniuncta, adeoque cadat in sensum testis;puta si dicatur, Titius non habet oculos, non hẽt directum in capite, & tunc non probatur negatiua directo quia q̃ non est,non cadit in sensum testis, sed indirectè probatur, quia ex quo non repræsentatur aliqnid visui,iudico,quod nihil sit in loco. Secundo prædicta conclusio non habet locum in negatiua coarctata loco, & tempore,quẽ bene probati potest,per indirectum tamen, vt per gl.in d. cap. quoniam contra, & tradit Alexand.cons.43.Visis, libro quarto,nu.18. & hoc verum intelligitur, vt quando tali modo coarctata sit, vt cadat in sensum testis, vt declarat Bald. in l. actor. C.de probat. & tradit Dec.vbi supra, & in capit.tertio loco supra eodem.Et restrictio negatiuæ etiam aliter considerari potest, videlicet, quãdo facta fuit discussio, & relatio per nuncium de commissione iudicis, per Dec post alios relatos,ibidem. Similiter dicitur coarctata negatiua,quæ restringitur ad certam scripturam,vt per Dec.ibid. cũ multis similibus, vt in consil. meo synd. num. 289.290 Et caueat regulariter testis ne astruat meram negationem : quia posset puniti de falso, vt per Iacob. de S.Georg.in l. si per aliũ §. docere, ff.ne quis eũ qui nu....*Giac.*

i *Potest etiam.*] Farin. vol.2. quæst.crim.q.46. nu.104.& sequent. nu. 110. & 113. & 116. & seq. & sup. fol. 102.in fin.*Ros.*

*Potest etiam hæc negatiua.*] Adde videndũ† Couar.variar.resol. lib. 2.cap.18. nu.8.in fine, Menoch. in comment. præsumptio.lib.1.quæst. 90.Ioan.Ant. de Nigr. in cap.7. frequens, numero 76. cum sequenti. Alciat. de præsumptio. reg. 3. præsump. 4. numero decimo, & Vulpell. in consilio 225.numero 27. & in consil. 115.num.8.& Bursat. in cons.20.num.38.& 39.& Hercul.in tractat. de negat.proban. num. 159. & omnino addentes ad Bertaz. in consilio 246. in l. 2.volum.1. vbi latissimè, quibus modi fiat exculpatio, & quando prosit inculpato, vide etiam Mascard. de probat. conclus.1130.numer.10.& 15.& de exculpatione eius, qui extra carceres facit fidem ad fauorem alicuius carcerati, puta pro homicidio,dicentis se illud homicidium fecisse, & propterea carceratum esse innocentem, vide Foller. in practica criminali in 2. par. 3.par.in verb. confitebuntur, numero nono, vbi tenet talem exculpationem non prodesse. *Baiar.*

## QVÆST. LII.

1 *Vetur etiã se quãdoque reus probando delictum ipsum nõ fuisse cõmissum idq. probari potest in*
a *primis per euidentiam rei, puta, si homo qui dicitur occisus, exhibeatur viuus, vel domus, quæ dicitur combusta, reperiatur illæsa, & huiusmodi. Et dicit Bald.in l. si quis testibus in fin.C.de testibus, quod semel contingit de facto, quod fuit exhumatum corpus illius, qui dicebatur vulneratus, & cum repertum fuisset, quod ille non fuerat vulneratus, fuit reus absolutus,licet contra eum plenè probatum fuisset. Et illud dictum Bald. refert Ang. de malef. in verbo, Comparuerunt, & produxerunt instrumentum pacis, numer.33. & Pract. Carer. fol. 558. num. 96. Vide quæ dixi infr.q.98. vers.sed nunquid.Idemque si*
b *delictum, quòd commissum fuisse dicitur, sit per rerum naturam impossibile, prout contigit superiorib. annis in quodam Io. Ant.Zanetto,caupone,contra quem processum fuit per curiam Papie, tanquam quod præpostera venere fregisset cuidam fœminæ rectum intestinũ,ex qua parte ipsa postea peperisset, de quo processu valde miratus est Senatus, & ipsum Zanettum tanquam de re incredibili accusatum absoluit, 2. Decemb.1546. P.N.*

3 *Item potest probari per testes, probando negatiuam, scilicet, quod reus delictum ipsum non commiserit, neque comitteret potuerit.*

4 *Scias*c *autem, quod negatiua non entis est improbabilis, secundum omnes, vt*
c *dicit Igneus in repet. §. non*
d *alias, num.77. ff.ad Sylle.* d *Præterea etiam negatiua simplex, & indeterminata est improbabilis, vt dicit gloss. in cap. bonæ, il 1. in verbo, Per rerum naturã, de elect. quam dicit esse communiter approbatam Paris. in capit. quoniam contra,numero octauo de probat. Hanc etiam opinio. dicit esse communem Herculan.de proba.nega.nu*
e *mero 272.* e *Si tamen coarctetur loco,& tempore, tunc æquè probatur, vt affirmatiua, quando scilicet testes deponunt ipsam negatiuam, &*
f *reddunt rationem quod* f *non potuisset esse, vel fieri quin ipsi testes vidissent, vel scisset. Ita dixi gloss. in §. si verò absunt,in verb.Et vidisse, in auth.de hære. & falci. colla. 1. & ait Felin. in cap. in nostra,num.8.in fin.de testi. quod audiuit Aret.in voce dicentem,quod opin.illius gloss. nbtineretur in practica, quia est communis,quem refert Ruin. consil.97. circa fin. lib. 4. Hanc etiam esse veram, & recectam sententiam attestatur Simancas,de*
g *hæret.cap.26.num.4.* g *Caueant tamen testes, quia eo ipso,quod deponunt super negatiua,*
h *dicuntur suspecti de falso, quod tamen intelligе iuxta ea, quæ dixi supra hoc,eod.lib.§.falsum,versic. solet etiam.*

5 *Potest etiam hæc negatiua probari per confessio-*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

k *Licet enim assertio vulnerati.*] supra quæst. 21. vers. Assertio, vulnerati in principio, & distingue assertionem vulnerati nõ morientis, de qua dicta quæst. 21. vbi supra, ab assertione vulnerati, & morientis, vt hic; Hæc enim assertio facit indicium, illa verò non; adde supra quæst. 7. vers. habes igitur, ibi nam aut talis denũciatio, Alex. tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 44. num. 5. & præsumpt. 4. num. 10. & de veritate in contrarium apparẽte huic dicto morientis, adde Boss. tit. de indicijs, nu. 84. *Drogh.*

l *Quod non constat de nomine offensi.*] supra q. 4. vers. Quando verò. *Drogh.*

*Quod non constat de nomine.*] Adde quod similiter † valet inquisitio, etiam quod ignoretur nomen delinquentis, vt

4 *nem, & dictum ipsiusmet offensi,* k *licet enim assertio vulnerati contra aliquem non probet, neque faciat indicium ad torturam, tamen ecõuerso dictum defuncti exculpantis imputatum de homicidio, tollit omnia indicia, quæ sunt contra ipsum, ita vt ex eis non possit torqueri. Ita dicit Bald. in l. 1. nu. 33. C. communia delegat. & est communis opi. vt dicit Plotus inter consilia criminalia diuersorum, cons. 110. nu. 1.*

*Bene verum est.*] Adde videndum Gram.in decis.43. consil.19. num.6. cons.13.num. 11.consil. 41.num.12. & 15.consil. 47.numer. 8. & Carau. super Pragm.2.de falsis, numero 117. cum seq.vbi habetur,quod testes varij,contrarij,vel vacillantes , si non tangunt negotium principale,vel in modico non sunt falsarij,& pœna ordinaria falsi puniri non possunt, sed extraordinariè;quamuis variatio, contrarietas,siue vacillatio,esset modica, tā in facto principali,quam non, quia aures iudicis offendunt,& quia ex hoc non repellerentur,sed ad prædicta vide omnino Menoch.de arbitr.iud.casu 307.vbi latè,& similiter variatio, & vacillatio si est sine dolo, non punitur pœna falsi , sed tantummodo arbitraria leui , & est magis communis opinio,vt tradit Bologn.cons.30.Crau.consil.46. num. 10.& *seruatur,vt dicit Felin.in d. cap.præterea, num. 9. quem refert Capyc.decis.142. numero 9.Si verò velit illud corrigere ex interuallo , non auditur,sed tanquam periurus , & falsarius punire debet . Et in hoc omnes conueniunt , vt ait Didac.in d.cap. 13. post numer.8.versic.ceterum ibi, tertium est,* u *Standum est tamen eius primæ depositioni . Et hæc est communis opin. vt attestatur Didac.in loco præalleg.secundum quam intelligendus est Cornel. & Dec.in consilijs per me relatis supra,* x *versic. Prædicta autem . In hoc tamen Ducatu hæc opin. non seruatur in causis criminalibus:nam si testis reuocet primam depositionem , quia dicat se errasse , vel falsum* y *deposuisse ,* y *tunc ponitur in tormentis : Et illa depositio, quam confirmat in tortura,solet attendi . Et ita seruandum esse rescripsit Senatus commissario Aronæ , 30.Ianua.1557.P.N. Benè verum est,quod ex quo talis testis omnino est periurus ,* a *punitur de falso,vt supra dixi,prætereaq; etiam eius primo dicto non adhibetur plena fides , tanquam dicto integri testis, sed multum de eius fide diminuitur , adeo quod eius dictum sine alijs adminiculis non sufficeret ad torturam contra reum, sed solummodo ad inquirendum. Et hāc dicit esse communem opinio. Menchiaca in d.cap. 32.* b *numero 9. Et aduerte,quia licet (secundum aliquos ) ad hanc torturam quæ , sit ad confirmationem huius secundæ depositionis, deberet pars citari , ex quo agitur de eius magno præiudicio,scilicet de reuocatione primæ depositionis in eius fauorem factæ, nihilominus hoc ex consuetudine non seruatur,vt dicit Boss. tit.de oppos.contra testes,post numer. 1.versic.quo vero ad* c *primam . Ego etiam puto in huiusmodi reuocationibus multum esse tribuendum arbitrio iudicis, qui considerare poterit ex illis depositionibus contrarijs, quæ videatur magis verisimilis, & cū qua concurrant plura adminicula,& illi adhærere,præsertim vbi subesset aliqua suspicio subornationis , vt quotidie contingere videmus in practica.* d *Aut verò non ipsemet testis,sed aliqua partium petit ipsum testem iterū examinari:& tūc,si est illa pars, contra quam testis deposuit , non debet audiri:subest enim magnus timor subornationis. Si verò est illa pars , in cuius fauorem testis deposuit, vtique auditur. Et si testis deinde variet,& diuersa seu contraria deponat,tunc standum est secundo dicto. Et ita communiter tenetur,vt dicit Alber.in l.fin.num.2.C.de testi. & sibi imputet pars, quæ petijt illum iterum examinari . Ex hoc enim censetur eius* e *primo dicto renunciasse. Cōsulo tamen iudicibus,præsertim in causis criminalibus, vt,quantum fieri potest , cauent ab huiusmodi repetitionibus testium,quæ fiunt ad instantiam partium ; nam sæpenumero processus inuoluunt,ac destruunt,magnamque præbent occasionem subornationis.b.et falsitatib.testiū.*

a *Punitur de falso.*] Far.d.q.66.par.2.nu.65. *Ros.*

b *Et aduerte.*] Farin.d.q.66.part.5.nu.168. *Ros.*

c *Ego etiam puto.*] Far.p.7.nu.239. *Ros.*

*Ego etiam puto .* ] Adde Gabr.concluſ.26.lib.7.vbi plenè, quando dictum testis cum tormentis prævaleat, & iudicis arbitrio relinquitur,quæ ve- 31 risimilia † dicantur.Menoch.de arbit.iudic.cas. 85.

32 Item adde, † si tortus in caput aliorum in prima tortura dixit vnum , in secunda aliud , potest torqueri tertio, vt stetur vltimo dicto conformi vni ex præcedentibus . Ang.in l.fin.C.de quæst. Gabriel.cons.178.num. 21.vbi dicit etiam , quod si in prima , & secunda tortura idem dixisset , non est deueniendū ad tertiam torturam,quia nihil operaretur, si contrarium in tertia diceret, quia bis contrarium dixisset,& cui dicto sit stādum , si testis bis fuisset 33 tortus,& variasset,† Decian.in cons. 9. num.45. cum seq.vol. 2.

Item adde, quod hoc dixit Cepol.cons.60.nu. 19.& seq.quod multum sit tribuēdum iudici, an debeat stari primo , vel secundo dicto ; & quæ depositio sit magis verisimilis,idem tenet Bartol. Socin.consil. 253.vol.2. quem refert, & sequitur Deci.in consil. 177.Roland.consil.73.num. 35. vol 1.Crau.cons.6. n.49. & consil.75.numero 32. & magis standū est dicto,quod est conforme , & consonum iuri communi,secundum Corset. in sing.7.in versic.testis. Innoc.in cap. auditis de præscrip. & Paris. in cōsil.67.num.113.vol. 3. & de testibus verisimilia , aut inverisimilia deponentibus,latè Tiraquel. in repet. l. si vnquam de reuoc.donat.in præfatione,numero 37.cum multis sequentibus,& vide etiam Menoch. de arbitr. iud. casu 85. *Baiard.*

d *Aut vero.*] Farin.in d.quæstion.66.part. 8.numer.255. *Ros.*

e *Consulo tamen iudicibus.*] Farinac.supra numero 263. & 264. *Ros.*

*Consulo tamen.*] Adde,quod Cæpol.d.conf.60. num.18. dat cautelam , quod quando quis vult complacere amico suo,persuadeat testibus, vt dicant contrarium eius , quod primo dixerunt.& postea iudex repetendo testes,faciat eis aliquem timorem in tormentis, & stabitur eorum secūdo

dicto

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

3 dicto etiam ex interuallo, & an testes, † qui semel deposuerunt, possint petere sibi legi primam eorum depositionem, & ad illam se referre; an vero compellantur extensè deponere, decis. Pedemon. 128. etiam Menoch. de arbitr. iud. casu 109. nu. 12. & Natt. consil. 337. num. 3. cum seq vol. 3. *Baiard.*

f *Per verbum Credo.*] Farinac. quæst. 66. part. 4. num. 336. *Ros.*

g *Hodie possum credere vnum.*] An autē Reus absolutè respondere possit, credo, vel non credo, hoc addito, vt ponitur, siue vt in positionibus? Vide Bart. in l. inter omnes, §. Rectè in fin. ff. de Furt. supra q. 50. versic. Huiusmodi autem. & de Teste primo dicente se credere postea deponente de verbo assertiuo veritatis, vt hic, & de alijs similibus latius ad Boss. Tit. de Tortura Testium sub nu. 22. An autem respondens in facto proprio per verbū Credo, si in contrarium appareat veritas, sit periurus? latè Surdus decisione 17. per totum. *Drogh.*

h *Plus creditur notario.*] Sed qui si plures essent testes, qui oēs conuenirent, vide per Natta. consil. 392. Alex. consilio 65. col. fin. vol. 2. & per Mauser. ad practic. Papien. tit. de rescisio. sent. gl. fuerūt vnquam præsentes. *Grach.*

16 *Vnum etiam volo, vt scias in hac materia, quod quando*
f *testis primo loco deposuit per verbum, Credo, in secūdo deponit per verbum assertiuum veritatis, eo casu semper stādum est secundo dicto. Ita videtur sentire gloss. ordinaria in l. de tutela, in verbo Probata, C. de in integ. rest. min. dicens, quod*
g *hodie possum credere vnum, & cras aliud: quæ in hoc communiter ab omnibus approbatur, vt dicit Soc. cons. 95. numer. 7. lib. 3. Crot. de testib. post numer. 303. Tyndar. de testib. lib. 1. cap. 5. numer. 1. Foll. in pract. crim. fol. 25. numero 44.*

17 *Quintus est casus, quando testis non contrariatur de directo suæ primæ depositioni, sed negat se ita deposuisse, vt à notario scriptum reperitur; & tunc est distinguendum. Nam aut tractatur de puniēdo teste de falso: & hoc casu tātū creditur testi, quātum notario, vt dixi sup. hoc eod. lib. §. falsum, versic. Po-*
*ne testis. Aut tractatur, cui plus credendum sit, an notario, qui dicit testem deposuisse, vt scriptum est, an vero*
h *testi id neganti: & tūc plus creditur notario. Et hæc est*
i *communis distinctio, vt ait Thomas Ferra. cau. 26. licet condecens, Foller. in pract. cri. fol. 244. nu. 15. Ad euitandas tamen omnes contro-*
*K uersias bonum esset, K quod iudices assisterent notarijs recipientibus dicta testium: nam eo casu non auditur testis postea dicens se non ita deposuisse, vt scriptum est à notario præsente iudice: imò si contrarium postea deponat, potest etiam de falso puniri. Et hæc omnia bene nota: quia frequentissimè contingunt.*

18 *Dixi etiam contra testes*
l *opponi solere, quòd sunt sin-*
m *gulares nam testes singulares non sufficiunt ad plenam probationem, vt dixi in d. §. testis, præsertim in causis criminalibus, prout tenere scribentes omnes affirmat*

*Plus creditur notario.*] Adde, quod si † essent plures te-
35 stes, qui omnes contradicerent, notario credendum esset, Nat. cons. 392. Item adde, quod testi magis creditur, quā notario quādo testis est persona multum notabilis, vt per Tiraq. de pœn. temp. causa fi. nu. 129. *Baiard.*

i *Distinctio.*] Aymo. cons. 13. nu. 30. latè Roland. cons. 38. lib. 1. per totum, & Gaspar. Anton. Thes. quæstione 31. *Ros.*

k *Quòd Iudices assisterent Notarijs.*] Supra in §. Falsum, vers. Pone testis, & idem est, vt hic, si vltra Notarium adsit etiam scriptor. Alc. Tract. de præsumpt. reg. 3. præsumptione 13. sub num. 19. Et de istis Notarijs, qui insistunt Iudicibus, & volunt ipsi esse Iudices, dixi supra ad quæstionem 31. vers. sciente, & dolosè, & quæstione 26. in princip. ad quæst. 46. vers. Ceterum; Nota demum quòd pars, cōtra quam in Ciuilibus sic deponit, obtinet modo, quo supra in §. falsum, vers. Item propter; Capyc. dec. 67. in princip. quod intellige in falsificatione actorum tantum, non testium, nec instrumentorum, vt ibidem, & immo talis testis, de quo hic dicitur, non tantum debet iterum examinari, petente parte, sed iterum torqueri, vt est supra q. 45. vers. ceterum, ibi, Item si sunt tales Testes; Et hæc vtique procedunt, quando tractatur de puniendo Teste; Quia tunc non plus creditur Notario, quam Testi, cum nō adsit aliquis alius; sin autem tractatur ad effectum, vt sciatur tantum, cui in ipsa Causa Ciuili stari debeat, nec tracterur de pœna aliqua; tunc magis creditur Notario, Capyc. decis. 61. nu. 5. supra in §. falsum vers. pone Testis, ibi, sed quantum ad hoc. *Drogh.*

l *Dixi etiam.*] Regula est, quod testes singulares non probant. c. cum litteris, de testib. vbi Gloss. in verb. soli. in c. cum dilecti. de elect. cap. licet causam. de probat. & ibi Abb. Felin. in c. licet ex quadam. de testib. Alex. cons. 3. volum. 1. Iaf. in repet. l. admonendi. de iureur. limitatur tamen; nisi ex dictis testium singularium iudex in credulitatem adduceretur, propter quam potest fidem adhibere testibus singularibus; quia quantam fidem habere debeat iudex testibus, est sibi arbitrium l. 3. §. tu magis, ff. de testib. not. Paul. de Castr. in d. l. admonēdi, & in l. Lucius, ff. de ijs qui not. infa. Et per hac rationem vtam limitationem ponit Dec. cons. 163. in fi. Hippol. in practic. §. diligenter, & in l. si quis quæst. ff. de quæstion. Item vbi ageretur de probatione actus cōnexi, vt si vnus testis probat de principio, alius de fine, tunc tales testes, etsi singulares, probant, vt per Bart. in l. ob carmen. in fi. ff. de testibus, Ang. in disputat. Astensis miles Felin. in d. c. licet ex quadam. de testibus. *Guot.*

l *Dixi etiam contra testes.*] Adde, † videndum
36 ad hanc qnæstionem, an & quando testes singulares probāt, Gabriel. comm. conclus. in tit. de testib. lib. 3. conclus. 2. & Viui. commu. opinio. in verb. testes singulares, il
37 2. & testes † quibus modis dicantur singulares, vide omnino Monticel. in repert. testium, fol. 191.
38 & testis, † qui non dat contestes specialiter, sed in genere in ea re, dicitur etiam singularis. Marsil. in cons. 20. num. 25.

39 Item adde, quod si testes singulares sunt ita nobiles, & probatæ vitæ, & deponerēt verisimilia, quod iudicem inducant ad indubitatam fidem, iudex non debet curare illam singularitatem, & secundum eos iudicare. Paul. de Castr. in l. admonendi, ff. de iureur. & Marsil. in sing. 114. incip. vulgatum, & tritum. Paris. consil. 57. col. fin. vol. 1. & Soci. iun. in cons. 32. col. 3. vol. 2.

40 Item adde, † q testis fisci, si pro reo deponit, ipsi qnamuis singulari creditur, etiam quod sit de auditu. Rom. consil. 104. Soc. iun. cons. 69. num. 11. vol. 1. Cephal. consil. 65. nu. 55. cons. 82. nu. 47. Horat. Luci. cons. 168. num. 4. & 15. tomo primo. inter consilia crimin. diuersor. Burs. consilio 216. numero 45. volum. 2. & Simon de Pretis consil. 178. num. 6. *Baiard.*

m *Nam testes singulares.*] Adde hic, quòd licet sufficiat vnus Testis ad Torturam, vt est supra quæstio. 11. versicuvnus Testis, non tamen sufficit ad conuincendum, vt hic. Hoc autem etiam verum est de Iure Diuino, Deuter. capitul. 17. Distingue tamen singularitates, vt per Crauet. Tractat. de antiq. temp. par. quarta, versicul. sed enim. Borgn. Tit. de contractat. parte secunda, numero primo, limit. Ioseph. Lud. Dec. Perus. 9. numero 14. & numero 30. vbi melius, quam alibi; supra in §. falsum, versic. Scias tamen ibi dixi; Vide etiam Petrum de Barbobus inter consilia Crimin. diuers. consilio 95. part. 1. numer. 17. qui dixit ex mente Bald. tunc testes dici singulares, quando vnus contradicit alteri, sed vbi cōclusiuè vnus dicit, quod alius, tunc in nulla materia mundi dici possunt singulares; distingue tamen in actu reiterabili, vt per Crauett. vbi supra. *Drogh.*

Et

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

n *Et consequenter.*] Vide plenè & generaliter per Farin. q.64.vol.2.vbi nu.2.quid sit singularitas, & num.3.Quotuplex,& nu.5.6.7.& per quatuor causas,num. 8.atq; per decem prædicamenta,nu.10.in seqq.& in genere probando nu.150.& 153. vel iudicium nu.314. & seq. *Ros.*

o *De probando aliquo delicto in specie.*] Adde commune hoc esse, vt p Alban.in cons.25. nu.1. & Crau.cons.73.col.11. *Giach.*

p *Sed quid si agatur.*] Bonacossa in suis comm. verb. testes singulares fol.171.in 1.parte in verbo testes singulates nu. 172. & in verbo testis vnicus fol.3.vide & verbo testes singulares; fol. 174. ac verbo testes singulares in 2. parte folio 78.170.& 79.& 80.*Ros.*

q *Hæreticum, adulterum, vsurarium.*] Adde de his omnib.per Iacob. de S.Georg.l.ob carmē, §.fi.nu.17.cum pluribus sequent. Item, quod testes singulares non probent, quando tractatur de probando aliquid in genere,magis communē vi.in collec. mea comm. opi.capit.testis,num.77. Item quod non probent quem hæreticum, vel vsurarium adnotaui in d.mea collect. eo c. nu. seq.Item non probantur cons..... ibid. nu.21.sed plenè probant confessionem in genere,vt ibi nu. 22. *Giach.*

r *Ego aliquando.*] Adde in probando aliquid in specie, vel in genere. qd voluit Negus.Tract. de pign.primo membro 8.part.princ.n. 25. infra q.55.vers. quomodo aūt ibi, Si vero confiteatur in specie;Menoc. Tract. de arb.iud.lib. 2.cēturia 3.sub nu.23.cas.235.Ab hac tamen distinctione dissentire videntur aliqui moderni, vide Petr. Tract.de fideic. prohib. q.12.nume. 313.Fuluius Paccianus,qui audacter loquitur, & cum paruo fundamento ita vt Illustrem hunc auctorem tanquam solum huius opinionis damnet,tract. de probat.lib.1. cap.14. num.11.& tamen habet plures istius opinionis adiutores,vt patet ex Menochio supra citato,& per Crauet.cons.73. nu. 32.cū seq. cons.78.sub num.6.ad med.cons.151.num.13.cum alijs adductis per Petram,vbi supra,vers. Decimus Quintus effectus a nu. 558. vsque ad numerum 641.Tu tene intrepide hanc decisionem in practica,per ea quæ dixit ibidem, nu-

n *Marsil.cons.1.num.25.* & *consequenter neque ad condemnationem, sed solummodo faciunt indicium ad torturam,iuxta ea, quæ dixi supra q.21.versic.vnus testis.*

19 *Et* † *hæc conclusio de plano*

o *procedit, quando agitur* ° *de probādo aliquo delicto in specie:nam eo casu debent testes esse conteſtes,vt sufficiant ad*

p *condemnationem.* p *Sed quid si agatur de probando delicto in genere, puta,aliquem esse*

q *hæreticum, adulterum, vsurarium,blasphematorem,vel huiusmodi,nunquid testes singulares, qui deponant vnusquisque eorum de diuersis actibus, sufficient ad concludentem probationem? Resp. Aliqui dixerunt,quod sic: & in proposito probandi aliquā mulierem esse inhoneſtæ vitæ, attestatur hanc esse communem opi. Alexan. consil.13. nu.24.lib.7. Idem in eodem proposito attestatur Abb. cons.25.num.1.Idem,loquendo in proposito adulterij, attestatur.Ferret.cōs.168.post nu.14. & 15. allegans alios idem attestantes, quos ego cū alijs multis retuli in d. §. testis post gl.in l.ob carmen, §. fin.in gl.fi.ff.de testibus. Alij uero dicunt totum oppositum, quod scilicet etiam hoc casu testes singulares nō sufficiāt. Et hanc attestatur esse communem opi. Menchiaca in 1.parte de testa.§.4.nu. 45. & loquendo in proposito criminis adulterij Io. de Amicis,cons.127.nu.1.*

r *Ego aliquando cogitabam, quis esset sensus Doctorum ita loquentium de probando delicto in specie,vel de probando delicto in genere. Et credo,quod (secundum eos) tunc dicatur agi de probando delicto in specie, quando tractatur de puniendo aliquem criminaliter.*

ſ *Et hoc casu verior sit secunda opin. quod scilicet testes singulares non probent aliquem esse adulterum, vel hæreticum, vel vsurarium; & ita semper vidi seruari, prout etiam loquendo de hæresi,dicit Siman.de hær. cap. 62.num.24. quòd hanc opin. vsus iudiciorum sanctæ Inquisitionis cōprobauit. Quinimò ad probandam hæresim, neque etiam sufficerent testes singulares cum fama. Et hanc attestatur esse communem Lupus in allegatione de hæresi,§. 12. quem refert Siman.de hær.cap.50.numero primo. Tunc vero agi dicatur de probando delicto in genere, quando agitur non de pœna infligenda, sed ad*

t *alium finem, puta, excipiendo de adulterio ad priuationem dotis, vel de alio crimine ad diminuendam fidem testis. Et hoc casu forte procedere posset prima opinē. quam tamen ego puto restrigendam esse iuxta ea,quæ dixi in dicto §. Testis. Bene verum est,quod isti testes singulares multum faciunt ad aggrauandum reum, contra quem deponunt, scilicet, quo ad hoc, vt acrius torqueatur,*

u *vel vt* u *seuerius puniatur.*

20 *Et quid si Episcopus faciat statutum, quod crimen vsurarum possit probari per testes singulares,nunquid tale statutum valebit? Respond. quod non: ita consuluit Federic. de Senis,consil. 17.quem communiter Doctores sequuntur, vt ait Foller. in practic. crim.canon.fol.229.numero 17. Hanc etiam dicit esse commu.opi.Abb.in cap.cum in diœcesi, circa fin. de vsuris, quem refert Iaſ. consilio 78.col.2.vers.Secundo principaliter,libr. 3. & Didacus lib.3.resolutionum,c. 3. post num.5.*

mero 661.cum numero sequenti, & quæ ego dixi sup.ad §.falsum vers. trita est in fin. quia dum dicti moderni ita plenè probare uolunt, & Iura diffinire ita,quod necessario concludant,non aduertunt se alterare iura,quorū diffinitio semper fuit periculosa, arbitriumque concessum Iudicibus,credendi, vel non, Testibus, confundunt, & seipsos inuoluunt, vt ex utriusque Petræ, & Pacciani lectura patet; Et ego quidem nescio uidere,quomodo Iudex inquirens generaliter contra accusatum (vt utar uerbis Pacciani) si iam habet Testes, quorum vnus dicat audiuisse accusatum dicētem Christum minimè de Virgine natum, Alter dicat Christum verum non fuisse Deum; tunc procedere possit in genere, cum omni in casu facta tali nominatione generalis Inquisitio transeat in specialem,supra quæstione quinta, versiculo poterit igitur ibi, porrecta igitur,& quæstione sexta.in princip.ibi,& si dicantur cum vulg.argumento eorum, quæ dixit Tex.in capitulo Cum in iuuentute extr. de purg. Can.gloss.in capitulo ex parte,in verb.purgationem extr.de purg. Can. gloss.in terminis capitulo delictorum, in verb. super criminibus, ibi, Quod obijcebantur crimina testibus.ext. de testibus cogend. Menochius de arbitr. Iudic. libro secundo, Centur. quarta, casu 307. numero quinto, cum similibus. *Drogh.*

ſ *Et hoc casu verior.*] 41 Adde,† quod contraria opinio, videlicet, quod testes singulares probent in genere (maximè in crimine hæresis) est verior, secundum Rim. iun. in consilio secundo,per totum,volumine primo, vbi latissimè hāc quæstionem tractauit,& distinctionem D. Clari egregiè impugnauit. *Bauard.*

t *Puta excipiendo de Adulterio.*] Adde Abb. Panormit. in capitulo primo, in principio extra de exceptior. supra quæstione 19.versiculo per exceptionem,& habetur supra quæstione prima, versiculo scias, cum versicul. seq. *Drogh.*

u *Seuerius puniatur.*] Vide tu Marsil.§.diligenter,nu. mero 16. *Ros.*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

u *Sed quid si aliquis Princeps.*] Adde, quod † ista est ma-
42 gis communis opin. quod narratiuæ Papæ de gestis nō coram se, sed alibi, non creditur, vbi agitur de magno præiudicio, Gabriel. cons. 129. num. 5. vbi multum latè hāc quæstionem tractauit, etiam si adsit clausula, motu proprio, & Gramm. in decis. 65. numero 6. maximè quādo tractatur de eius interesse, & an assertioni Papæ, vel Cardinalis, vel Principis, vel iudicis, aut notarij standum sit, vide omnino Mascard. in conclusio. 139. 140. 141. 142. 143. & 1227. & Plot. consilio secundo, num. 8.

43 Item adde, ϙ † Principi recognoscenti superiorem aliquid dicenti non creditur. Deci. cons. 412. vol. 2. quem refert, & sequitur Plot. consil. 53. num. 1. & in consil. 2. num. 8.

44 Item adde, quod † statur narratiuæ Papæ cum magno præiudicio tertij, quando sumus in antiquis, & cum adminiculis, secundum Crescent. decis. 89. Moheda. decis. 271, & sequen. Gomes. decis. 38. Angel. August. decis. 410. Ferret. in consil. 249. num. 3. vol. 2. vbi de communi, quos omnes refert, & sequitur Viui. comm. opin. 193. & 342. 639. num. 4. & Cranet. in tractat. de antiq. temp. 1. par. num. 33.

Item adde, quod Imperator, Rex, vel alius Princeps non potest statuere, quod credatur in causa propria ciuili, vel criminali, Imperatori, Regi, aut Principi, & si statuerit, non valet statutum, Bal. & Comes Bened. de Plotis in consil. 5. inter cons. cri. diuers. tom. 2. *Baiard.*

x *Loquendo de summo Pontifice.*] Adde quid in Iudice sic asserente? supra q. 31. vers. fama; Cōtrarium, quod imò non credatur supra q. 6. vers. Sed quid si Reus ad fin. Vide omnino Cranett. Tract. de antiq. tempor. parte prima, Alex. cons. 180. nu. 11. vol. 2. infra q. 64. versic. sed nunquid bannitus. Idem Crau. cons. 48. nu. 1. *Drogh.*

y *Et hanc dicit.*] Farin. q. 63. cap. 3. vol. 2. nu. 79. vbi format regulam affirmatiuam in Papa, & nu. 8. in Imperatore, & Rege, vel habente iura Imperij, nu. 87. cum plurib. ampliat. & limit. ad eum recurre *Ros.*

z *Præterea dixi.*] Adde, quod † quando testes deponūt
45 de illis maleficijs, quæ possunt percipi sensu corporis, probant sine alia ratione, etiam si non sint de causa interrogati. ita Deci. cons. 100. num. 1. & quibus casibus testes, qui

u *Sed* [u] *quid si aliquis princeps dicat testimonium contra reum, nunquid ei soli creditur? Respon. Aut agitur de modico præiudicio, prout est inquirere, & procedere contra reum: & hoc casu creditur solius principis assertioni, vt dixi supra q. 6. versic. præterea scias; Aut verò agitur de magno præiudicio, &*
x *tunc aliqui dicunt,* [x] *loquendo de summo Pontifice, quod nullo modo creditur eius as-*
y *sertioni in facto tertij.* [y] *Et hanc dicit esse communem opin. Soc. inter consilia Curtij senio. consil. 20. post nume rū 12. Alij verò loquendo de summo Pontifice dicūt, quod imò standum est eius assertioni; & hanc dicit esse communem opin. Aret. in cap. cum à nobis, numer. 7. de test. nedum in ijs, in quibus Papa habet summam potestatem, sed etiam in omnibus causis profanis, etiam laicorum, prout illum refert Ruin. consilio 103. num. 11. lib. 5. Ego pro nunc de summo Pontifice nihil determino: Quò verò ad reges, & Principes seculares, sic distinguo: Aut princeps attestatur de eo, quod ipse vidit: & illi soli creditur etiam ad condemnationem arg. clem. litteris. de probatio. Aut princips asserit aliquid, quod ipse intellexerit coram alijs fuisse gestum: & non est ei soli credendum: posset enim princeps male ab alijs informatus fuisse. Et hoc casu duo concurrerent specialia: Primum, quòd crederetur ei soli: Secundum, quod testi deponenti de auditu alieno adhiberetur fides: quorum vtrunque est contra communes regulas, vt dixi in d. §. Testis. Bene verum est, quòd si Imperator diceret aliquid sibi constare ex relatione Principum facta sibi, & rem esse adeo notoriam, vt non indigeret probatione, & rescriberet proprio motu, tunc esset credendum eius assertioni, secundū ferè omnium opi. vt dicit Socin. consil. 87. post num. 19. lib. 3. saltem quo ad hoc, vt transferretur onus probandi contrarium parti contrarium affirmanti: quod tamen ego in præsentia non affirmo.*

22 *Præterea* [z] *dixi, quod con-*
z *tra dicta testium opponi solet, quòd non concludant. Potest autem in primis allegari, quòd non reddant causam*
a *scientiæ;* [a] *licet enim regulariter testis non interrogatus super causa scientiæ non teneatur illam reddere, vt dixi supra libro secundo, §. Testis: est tamen speciale in cau-*
b *sis criminalibus, vt* [b] *teneantur testes etiam non interrogati reddere causam scientiæ: aliàs non probant, neque faciunt indicium. Ita dixit Innoc. in cap. cum causam, de test. quem omnes Doctor. sequuntur, teste Marsil. consil. 50. numero 10. Et hæc est communis opin. vt ait Bald. consil. 182. numero 2. libro 4. prout illum refert Nouell. in pract. crim. fol. 114. num. 15. & Viuius in lib. communium opin. fol. 271. vers. testes in causis, quamuis in libro meo id non dicat Apost. ad Fel. in d. cap. cum causam, sub num. 2. de testi. secundum*
c *vltimam impressionem.* [c] *Sed hoc intellige, vt procedat in*

rationem scientiæ non reddūt, probent, vide per Campeg. in tract. de test. reg.

46 Item adde, † quod si ex depositione testis causa, & ratio etiā non reddita colligi posset, veluti si quis dicat fui præsens, tunc dictum valet. Innoc. Felin. & Bald. in cap. cum causam, de testi. & Illustris. Card. Alban. Compater meus in lucubra. ad Bart. in l. solam, C. de testi. vel videri, suo vel iudicio suo. *Baiard.*

a *Licet enim regulariter.*] Farin. q. 7. vol. 3. nu. 14. & seqq. cap. 1. Qualis debeat esse ratio c. 3. nu. 127. De ratione, quia vicinus capit. 3. num. 164. *Ros.*

b *Teneantur testes etiā non interrogati reddere causam scientiæ.*] Adde idem per Crau. in cons. 2. & 56. nu. 3. consil. 125. nu. 10. Et istud est verū, quo ad indiciandum ad torturam, non quo ad præsumptionem. Cāpeg. reg. 246. Sed quæ dicatur sufficiens ratio, vi. per Boss. in tract. cri. tit. de oppos. contra testes à nu. 73. vsque ad nu. 80. Et quibus casibus valet dictum testis rationem non reddentis, habetur per Campeg. de testib. sub reg. 193. & 342. & quibus casibus non valeat generaliter per eundem Campeg. in d. tractat. reg. 192. & per Crot. eo. tract. 7. par. num. 112. vbi plenè. Sed plenius adnotaui in regul. meis Ciuil. iudic. §. causa scientiæ per testes per totum. *Giach.*

c *Sed hoc intellige.*] Farin. d. quæst. 70. cap. 20. nu. 91. & 101. *Ros.*

*Sed hoc intellige.*] Ad-
47 de, quod † testes ad defensam, etiam, quod sint domestici, & familiares; si deponunt per verbum credo, probant, Mazzol. in consil. 77. nu. 10. Po-
48 test † etiā opponi, quod deponūt de auditu, quo casu non probant, Bertaz. cons. crim. 244. num. 4. cons. 491, num. 11. nec sunt veri testes cōs. 263. num 12. & maximè si audiuerunt ab illis, qui sunt suspecti, & quibus nullo modo credendum est, consil. 251. num. 37. & 38. & cons. 296. nu. 7. faciunt aliqualem præsumptionem, quæ suspicio dicitur cons. 255. num. 6. cons. 288. num. 14. & 15. cons. 487. num. 2. Farinac. q. 43. num. 164. & talem, quæ transfert onus probandi in aduersariū contrariū Bertaz. cons. 406. n. 14. & 15. faciunt indicium ad torturam de materia mandati, Farinac. q. 44. num. 14. cum fama plenè probant, Bertaz. cōs. 366. num. 15. non sic, si vnus tantum esset, Farinac. q. 47. numero 77. & seq. probant contra producentem, Bertaz. cons.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

conf.311.nu.3.& 484.nu.8.probat de auditu cõfinia,Bertaz.conf.366.num.14.si varij essent,non probant,ergo de falso non puniantur, Bertaz.consil.523.nu.3. *Baiard.*

d *Qui ad offensam deponunt.*] Adde,quod talis testis debet interrogari à iudice, non autem à notario, vt praui moderis est supra quæstione vigesimasexta, in principio. *Drogh.*

d *testibus*, [d] *qui ad offensam deponunt:sed testes,qui deponunt ad defensam,vtiq; probant,etiamsi causam scientiæ non exprimant. Et hanc opinionem*|*cõmunem appellat Viuius in loco præallegato.*

e *Possunt autem.*] Quid si non cognoscit litigantes;idem Farinac.q. 17. oppos. 25. numero 31. & 34. dicto volumine 3. & per totam quia generaliter materiam tractat. *Ros.*

e *Possunt, autem,& alia multa circa hoc contra testes deduci,secundum facti contingentiam, prout latius dixi in allegato,§.Testis.*

# QVÆSTIO LIIII.

## De exceptionibus, quæ aduersus instrumenta, actaque in causis criminalibus producta proponuntur.

*SVMMARIA.*

Ex Claro.

1 *Delictum non potest probari per instrumentum.*
2 *Acta facta in iudicio ciuili non faciunt fidem in criminali.*
3 *Et quid si illud iudicium ciuile erat super crimine.*
4 *Confessio procuratoris facta in iudicio ciuili an præiudicet principali in iudicio criminali.*
5 *Confessio principalis facta in iudicio ciuili an ipsi præiudicet in criminali.*
6 *Sententia lata in loco delicti an sit mittenda executioni in loco originis.*

Ex Additionibus.

1 *Crimen an,& quando probetur per instrumentum.*
2 *Acta facta in iudicio ciuili an probent in criminali.*
3 *Dictum vnius testis in vna causa probat contra eundẽ testem contrarium deponentem in alia inter diuersas personas.*
4 *Confessio facta in vno iudicio,non probat in alio.*
5 *Confessio vera præiudicat,licèt fortuito facta.*
6 *Confessio facta in inquisitione nocet etiam ad fauorem personæ,quæ non fuit pars illius iudicij.*
7 *Confessio facta per litteras missas iudici probat.*

## ADDITIONES Ad Quæst. LIV.

a *Dictum est.*] In hac quæstione tractatur, an delicta probẽtur per instrumenta, & acta publica; conclusio est,quod non,adde Marant.in sua pract. par. 6. actu 10.sub titulo actorum,ædit.num.30.Bart. in l. Senatusconsultum in principio,ff. ad Turp. & de hac materia Bald. in l.contra negãtem, C. ad leg. Aquil. & adest Decretum Mediolani super hoc,ne bannũ possit probari p testes, de quo dixit Menoch.de arbitr. iudic.libro 2.cent.prima cas.57.numero 8. declara,vt ibi, & vide Bartol. magistraliter loquẽtem in l. prima, §. Hoc edicto, numero 5. cum seq. ff.vi bonor.rapt.|limita, quãdo scriptura ad probationem actorum fieri potuit,cum autem secus, per testes tunc fieri potest probatio,Crau.consil.12.sub num.5. cõtratium, quòd imò talia acta publica probari possint etiam per testes, retulit Menoch. tract. de adipisc.possess. remed.4. sub num.915. ex Dec.in

## QVÆST. LIV.

1 a *Dictum* [a] *est de excusationibus, quæ personas,& dicta testium concernũt: Sed quid si accusator ad probandum delictum produxerit aliqua instrumenta? Respon. Potest dicere reus, quod delicta non probantur per instrumenta: solet ad hoc allegari text.in capit.cum in ecclesiis,de maior. & obed.& est doctrina Bartol. in l. Senatus,numero 2. ff. ad Senatusconsul.Turpil.quam dicit esse communiter approbatam Curt. iun. in authent. si quis in aliquo post num.34. vers. quarto aduerte,*(.de edendo. *Hanc etiam dicit esse commune opin. Berous in cap. atsi clerici,numero 4. de iud. Et dicebat Dyn. quod hæc opin. tenetur,& seruatur pro euangelio, quem refert Gand. de malefic.in titul. de pœnis,numero 15. Hoc tamen intellige,vt procedat, quando crimen consistit in facto separato ab ipso instrumento,puta,homicidium.furtum, adulterium, &c. sed si crimen consisteret in animo, prout est hæresis,vtique per instrumentum, in quo aliquis assereret aliquid hæreticum,posset crimen ipsum probari. Idem si quis ratificet per instrumentum delictum commissum ab alio, pariter talis ratificatio,quæ etiam ipsa est delictum, vt dixi infra quæstio.87.versicul.quæro nunquid,poterit per ipsum instrumentum probari. Idemque si delictum consisteret in facto incorporato, vel connexo ipsi instrumento:puta,si aliquis faciat instrumentum contractus vsurarij, certè poterit delictum vsuræ probari per illud instrumentum. Et illam conclusionem declarat practica, quæ est optima legum interpres.*

2 b *Item* [b] *si producantur aliqua acta,*|*potest* |*reus dicere, quod acta facta in iudicio ciuili*|*non faciunt fidem* |*in criminali.Et ita communiter concluditur,vt dicit Felin.in c.at si clerici,nu. 26.de iud. Ripa in l.2.nu.40.C. de eden do,quem refert Pract.*(*onradi,fol.283.num.10. in fi. & Villalob.in sua collecta commun. opin. in littera A. post* c.quoniã contra nu.235. extra de prob.distingue, vt ibi:vide Cart. de executione sent.cont.bann. c.fi.sub nu.38.ad fi.vers.sed quia per instrumẽtum, Lanfrancum in c. quoniam cõtra in princ. nu.23. de prob. *Drogh.*

*Dictum est de excusationibus.*] An delicta per instrumenta probentur, seu de exceptionib.quæ aduersus instrumenta, actave|in causis proponuntur,Farin. vol.4.suæ prax.q.84.num.1. & sequent.& præcipuè num. 9.& 12.& 16.& 21.& 19. & sequentib. quia limitat. *Ros.*

*Dictum est de exceptionibus.*] Adde † videndũ Mascar. de probat. concluſ.460. & 499.volum. 1.vbi latè tractat,an crimen probetur per instrumentum,& in quibus casibus. *Baiard.*

b *Item si producantur aliqua acta.*] Adde Bened. de foro Sempronij in repertor. Fel. in verb. acta, vbi ponit fallent. Felin. *Guiot.*

*Item si producantur.*] Adde ad hoc videndum Mascar. de probat. concl.34.vol.1.

2 Item adde, † an probationes factæ in iudicio

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ci o ciuili, faciant fidem in iudicio criminali, latè Marian. Soci. in repet. c. qualiter, & qñ, q. 13. ar. 2.

3 Item adde, quod † dictum vnius testis in vna causa facit fidem contra eundem testem, deponẽ tem contrarium in alia causa inter alias personas, Felyn. in c. causam, que de testi. n. 21. *Baiar.*

b *Ad inquirendum.*] Adde l. quod euitandi, C. de cõd. ob caus. *Guiot.*

c *Sed quæro nunquid.*] Farin. q. 81. vol. 4. cap. 3. num. 108. *Ros.*

d *Sed quid si exhibeatur.*] Confessio principalis in causa ciuili an in criminali præiudicet, Farin. vol. 4. suæ prax. q. 81. c. 3. n. 92. & seqq. *Ros.*

*Sed quid si exhibeatur.*]

4 Adde, quod † intelligendum est de confessione vera, & non ficta, Rom. in sing. 301. si confessus, & Alexan. in l. 2. §. 1. ff. vi bon. rapt.

5 Item adde, † q confessio vera præiudicat, etiã si fortuito facta fuisset, Bal. in l. quod euitandi, C. de cõdi. ob turp. caus. Felyn. in c. at si clerici nu. 12. de iudic.

6 Item adde, † q cõfessio facta iudice inquirẽte nocet confitenti etiam ad fauorẽ personæ, quæ non fuit pars illius iudicij: non autem cõfessio, quãdo fuit facta mediãte accusatore, vt per Fel. in c. causam, quæ nu. 23. de testibus.

num. 47. *Diaz.* reg. 10. *Sed hoc intellige, vt procedat, quãtum ad hoc, vt plenè probent: sed bene faciunt indi-*

b *cium* o *ad inquirendum, vt dixi supra q. 19. Et hoc quidẽ de plano procedit, quando*

6 *huiusmodi causa ciuilis fuisset agitata super aliqua re in controuersiam deducta: Sed quid si fuerit intentata super crimine, prout sæpenumero contingit, iuxta ea, quæ dixi in loco præallegato? Resp. q adhuc talia acta, neque etiam sententia super ipso crimine lata, non faciunt fidem in iudicio criminali. Et est cõmunis op. vt dicit Abb. in c. per inquisitionem, post nu. 12. de elect. quem refert Berous in c. qualiter, & quando, nu. 87. de accus. Apostil. ad Ang. de malefic. in verbo, Et ad querelam, col. pen. versic. & aduerte.*

4 *Sed* c *quæro, nunquid con-*

c *fessio procuratoris facta in vno iudicio ciuili præiudicet principali in alio iudicio criminali. Respond. quod non, & ita tenent communiter DD. vt dicit Berous in loco præalleg. nu. 91.*

5 *Sed* d *quid si exhibeatur*

d *confessio ipsiusmet principalis facta in alio iudicio ciuili? Resp. quod (secũdum aliquos) plenè præiudicat confitenti. Et ita videtur tenuisse Spec. in tit. de actionib. §. super petitionibus, num. 8. cuius opin.*

*dicit esse communem Aret. in c. causam quæ, num. 17. & seq. de test. quem refert Boss. in titul. quomodo procedatur per exceptio. n. 4. & in tit. de plurib. viol. post num. 17. Idẽ dicit Public. super consuetu. Alue. fol. 21. num. 11. Mihi verò semper placuit cõtraria op. quod scilicet huiusmodi confessio facta in iudicio ciuili non faciat in iudicio criminali plenam probationem, sed tãtummodo semiplenam, & sic indicium ad torturã. Cum enim sit facta corã alio iudice, & ad alium finem, potius debet dici extraiudicialis respectu secundi iudicij, quam iudicialis: merito non debet sufficere ad condemnationem, & si casus contingeret, fortè ita seruarẽ, nisi vna*

e *cum ipsa confessione* e *concurrerent alia indicia.*

7 Item † adde, q cõfessio principalis absentis facta per litteras missas Iudici præiudicat, qđa probat, vt per Bald. inc. olim ex litteris, de rescriptis. nu. 7. *Baiard.*

e *Concurrerent alia Indicia.*] Adde, q imò etiã si cõcurrent alia Indicia, non posset quis condemnari, nisi statuto ei termino ad faciendum defensiones, supra q. 46. vers. est igitur in principio. q. 21. vers. Confessio extraiudicialis. *Drogh.*

f *Sed tantummodo.*] Cart. de exec. sent. c. fi. n. 11. & plur. sequ. vbi vult, vt etiã videatur processus vsq; 29. & nu. 36. *Ros.*

g *Qui fuerat Perusij condemnatus.*] Adde sup. q. 16. vers. An autem accusatus, vbi dixi practicam, in fia q. 96. vers. Iõ quæao; ibi, sed hoc intellige; vide Bal. hoc dicentem in l. executorem sub nu. 30. C. de execut. rei iud. versic. & sic est argum. *Drogh.*

6 *Sed pone, quod exhibeatur sententia, & condemnatio lata contra aliquem in loco delicti, nunquid illa faciet fidẽ in loco originis, vel domicilij, ita vt sit executioni mittenda? Resp. q non, quando est lata per iudicem alterius territorij prorsus separati, scilicet, q sit sub alio principe, vel sub alio præside prouinciæ, vt dixi*

f *inf. q. 96. versic. item quæro:* f *sed tantummodo facit contra eum indicium, ita quod etiam aliter non cõstito de delicto, poterit contra eum procedi. Et superioribus annis ita decisum fuit in senatu, & iussus fuit detineri quidã Io. Ambros.*

g *Plenus, subditus huius ducatus ratione originis,* g *qui fuerat Perusijs condẽnatus ad furcas pro vulnerib. illatis cuidam 4. Septemb. 1560. A. C. Ceterum sine causæ cognitione nõ solent tales sententiæ executioni demãdari. Et ita rescripsit senatus prætori Cremonę, 2. Augusti 1554. P. N.*

---

# QVAESTIO LV.

## De exceptionibus, quæ contra propriam confessionem opponi possunt.

*SVMMARIA.*
Ex Claro.

1 *De exceptionibus, quæ contra propriam confessionem proponi possunt.*
2 *Confessio extraiudicialis non sufficit ad probationem delicti.*
3 *Confessio facta coram iudice incompetenti non valet, nisi vt extraiudicialis.*
4 *Et quid si facta fuerit parte præsente, & acceptante.*
5 *Et quid si facta sit coram iudice non sedente pro tribunali, remissiue.*
6 *Et quid si talis confessio emanauit extra causam, de qua agitur.*
7 *Et quid si fuit extorta a iudice sub spe impunitatis.*
8 *Et an iudex possit huiusmodi impunitatem reo promittere.*
9 *Et an reus confessus sub spe talis promissionis, possit ex ipsa confessione ad mortem condemnari.*
10 *Et quid si constet de delicto, an possit reus ex propria confessione condemnari.*
11 *Et quomodo dicatur constare de delicto.*
12 *Confessio facta a minore sine auctoritate curatoris an illi noceat.*
13 *Confessio facta super processu formato iuris ordine non seruato an noceat confitenti.*
14 *Et quid si facta sit in tormentis.*
15 *Confessio cum qualitate adiecta, an possit pro parte acceptari, & pro parte reijci.*
16 *Et an saltem reus sit mitius puniendus.*
17 *Cautela quomodo debeant hoc casu concipi verba confessionis.*
18 *Reus an possit confessionem a se sponte factam reuocare.*

Ex Additionibus.

1 *Confessio quid operetur, remiss.*
2 *Confessio extraiudicialis quando probet.*
3 *Confessus coram sacerdote, & testibus an sit reus criminis. Verisimilia quæ dicantur, remiss. num. eod. Confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam. Et confitens extraiudicialis facit indicium ad torturam. Et confitens extraiudicialiter delictum punitur arbitrio Iudicis de illa iactatione, & gloriatione, num. eod.*

Con-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

4 *Confessio coram Iudice incompetenti an probet.*
5 *Et an possit reuocari.*
6 *Confessio extraiudicialis cum iuramento plenè probat.*
7 *Confessio incidenter facta an præiudicet.*
*Et quid in Sacro Consilio Neapolitano.*
8 *Et quid in crimine falsi.*
9 *Cõfitẽs delictũ sub spe immunitatis, quo sit puniendus, remiss.*
10 *Iudex an possit blãdè, & ĩ cõuiuijs cõfessionẽ à reo extorquere.*
11 *Cõfessio sub promissione impunitatis, an, & quãdo præiudicet.*
12 *Et an Iudex teneatur eam seruare.*
13 *Confitens se hominem occidisse, & proiecisse in mari, an puniatur cadauere non apparente.*
14 *Delictum fuisse commissum sufficit quomodocũque constare.*
15 *Confessio sola delicti an noceat, si de delicto non constat.*
16 *Et quid si Iudex condemnauerit, & postea constet.*
17 *Sententia lata per Iudicem alterius dominij an probet delictũ alibi commissum, si aliter non constat.*
18 *Persona, cui fuit res ablata, si nesciatur, nõ refert, si de re cõstat.*
19 *Confessio quando non præiudicet, remiss.*
20 *Hæresis quomodo probetur.*
21 *Confitens se latronem, & disrobatorem stratarum sibi non præiudicat, nisi crimina confiteatur in specie.*
* 21. *Confessio quando sufficiat ad condemnationem.*
22 *Corpus delicti ex coniecturis probatur, vbi ipsius vestigia non remaneant.*
23 *Confitens se Titium occidisse condemnari potest, si Titius ille non reperiatur.*
* 23. *Mutus, & surdus a natura homicidium confiteri potest.*
24 *Iudicis præsentia in criminalibus supplet defectum curatoris.*
25 *Confessio super processu facto, non seruato iuris ordine, an, & quando præiudicet.*
26 *Confessio coram Iudice delegato nõ validat processum nullũ.*
27 *Confessio nulla non firmat processum inualidum.*
28 *Probationes apertissimæ tollunt ineptitudinem processus.*
29 *Cõfessio an validet processum nullũ ex defectu iurisdictionis.*
30 *Confessio etiam ratificata non sanat inquisitionem formatã non præcedentibus indicijs.*
31 *Confessio quando dicatur sanare vitium processus.*
32 *Confessio torti sine indicijs est nulla.*
*Et turata, & in criminibus exceptis, & millies ratificata.*
*Idem in tortura indebitè repetita.*
33 *Testes torti sine indicijs non probant.*
*Confessio torti inualida validatur docto de confessione prius extraiudicaliter facta.*
*Confessus in tormentis absque indicijs, etiam si pluries ratificarit, & delictum per euidentiam facti sit verificatum, an, & quomodo sit absoluendus.*
34 *Confessio leuiter torti sine indicijs an valeat.*
35 *Confessio facta metu torturæ an valeat.*
36 *Et quando dicatur talis.*
37 *Et quid si superueniant indicia.*
39 *Et quid si fuerit lata sententia vigore dictæ confessionis.*
40 *Et quid si superueniat indicium confessionis extraiudicialis.*
41 *Confitẽs delictũ cũ aliqua qualitate, an, & quomodo puniatur.*
42 *Confitens se vulnerasse ad sui defensionem, quomodo teneatur probare qualitatem, si de pœna conuentionali agatur.*
43 *Confitens delictum simpliciter, an censeatur confiteri eius qualitatem.*
44 *Responsio indefinita debet intelligi secundum præcedentem interrogationem.*
45 *Abb. declaratur, remissiuè.*
46 *Confitens se occidisse ad sui defensionem, an possit torqueri, vt purè fateatur.*
47 *Cautela quomodo hoc casu sit dandum responsum.*
48 *Responsio rei, non occidi, & si occidi, feci ad meam defensionem, an sit admittenda.*
49 *Confessio, an, & quando possit reuocari.*
50 *Et quid si sit redacta in scriptis.*
51 *Et quid si constet de errore in vna parte ipsius.*
52 *Et quid si non fuerit acceptata.*
53 *Et quid si sit datus terminus ad deliberandum.*
54 *Error quomodo probetur, remiss.*
55 *Confessio an possit reuocari in secunda instantia.*
56 *Pater an possit reuocare confessionem filij spurij.*
57 *Confessio post sententiam quando reuocetur.*
58 *Et quid post exceptionem.*
59 *Et an ex interuallo.*
60 *Et an post conclusionem.*
61 *Et quid si adsit iuramentum.*
62 *Renunciari defensionibus in criminalibus non potest.*
63 *Confessio an possit declarari, remiss.*
64 *Reuocatio confessionis calumniosè petita non est admittenda.*
65 *Confessio facta sub promissione gratiæ, an possit reuocari.*
66 *Et quid de confessione facta ob contumaciam.*
67 *Confessio potest interpretari, vt tamen non perimatur.*
68 *Confessio deliberata an reuocetur.*
69 *Confessio facta in libello, positionibus, & precibus, an possit reuocari remiss.*
70 *Confessio in dubio non præsumitur erronea.*
71 *Confessionis error quomodo cognoscatur, & probetur.*
72 *Confessio geminata an possit reuocari.*
73 *Confessio iuncta cum probationibus non reuocatur.*


## ADDITIONES
### Ad Quæst. LV.

a *Visis defensionibus.*] Quæ exceptiones contra propriam confessionem opponi possint, Farin. vol. 4. suæ prax. quæst. 82. reg. 1. *Ros.*

*Visis defensionibus, quæ*
1 *contra testes.*] Adde † videndum de viribus cõfessionis Rimin. iun. in cons. 103. nu. 29. & 30. vol. 1. *Baiar.*

b *Et in primis.*] Adde, quod † confessio extraiudicialis verisimilitudinibus fulcita, etiam plenam probationem in criminalib. facit, Capyc. decis. 179. num. 2. Marsil. in l. de minore, numer. 52. ff. de quæst. Tiraq. l. si vnquam, C. de reuoc. donat. Marsil. consil. 116. & Carrer. in l. obseruare, numero 165. & tandem arbitrio iudicis commissum esse, dicit Boer. decis. 164. num. 5. & 6. & vbicunque confessio † extraiudicialis facta foret de aliquo crimine coram sacerdote, & aliquibus alijs testibus, tunc ea dubio procul operaretur, vt confitens ipse diceretur publicus reus criminis ita confessati, Abb. consil. 2. colum. 1. vol. 2. Felin. in cap. auditis, col. penult. de rescript. & Socin. cons. 127. col. 2. vol. 3. vbi dicit hanc esse communẽ opin. & sequitur Viu. decis. 149. Et ad cognoscendum quæ sint verisimilia, latè per Tiraqu. vbi supra in præfatione, num. 60. cum multis seq. Decian. cons. 62. nu. 76. vol. 3. & Menoch. de arbitr. iud. casu 85.

Item adde, quod confessio extraiudicialis nõ solum facit indicium ad torturam, sed etiam confitens delictum extraiudicialiter iudicis arbitrio punitur de illa iactatione, & gloriatione, Marsil. in l. de minore, numero 32. ff. de quæstionibus, & Menoch. de arbitr. casu 331. *Baiar.*

c *Extraiudicialis.*] Adde Fel. ĩ c. at si cler. de iud. vbi dicit com. esse opi. ꝙ cõfessio extraiudicialis nihil operetur. Et licet nõ ꝓbet, facit tamen indiciũ, vt per Alc. in c. cum



### QVÆST. LV.

a 1 *Visis defensionibus, quæ cõtra testes, aut acta in iudicio exhibita proponi possunt, Quæro, quid si reus confessus sit delictum, nunquid adhuc non obstante confessione poterit ad euitandam condemnationem aliquid ad defensionem suam adducere*
b *Resp. quod sic.* b *Et in primis potest dicere, quod talis con-*
c *fessio fuit* c *extraiudicialis, quæ quidem non sufficit ad probationem delicti. Et ita communiter dicitur, vt ait Paris Put. de synd. fol. 439. c. 3. in primis uerbis. Ita etiã*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

non ab homine, nu. 98. de iud. M. Anton. Blanc. in tract. de indic. & tortur. num. 204. *Guiot.*

d *Præterea etiã.*] Far. q. 81. c. 6. n. 188. vol. 4. *Ros.*

*Præterea etiam.*] Adde
4 tradita † per Mascard. in tract. de probat. concluſ. 352. vbi ad hanc quæſtionem multa accumulauit, & ibi etiam habetur, an talis confeſ-
5 ſio reuocari poſſit. † *Ba.*

e *Talis enim confeſſio.*] Farinac. vol. 4. ſuæ prax. q. 81. c. 6. num. 188. *Roſ.*

f *Vnum tamen ſcias.*] Farin. q. 82. reg. 1. nu. 5. & 6. vol. 4. & n. ſeq. *Roſ.*

*Vnum tamen ſcias.*] Adde videndum Maſcar. de probat. concl. 497. vbi latè, an delictũ probetur ex confeſſione extraiudiciali, vide etiã Gram. conſ. 40. num. 19.
6 vbi tenet, † quod confeſſio extraiudicialis iuramento interueniẽte præiudicaret. *Baiard.*

g *Si deinde illam reuocant.*] Confeſſio tamen incideter facta nõ præiudicat niſi ad inquirendum, ſupra q. 19. verſ. fi. & de perſeuerante in tormentis, quomodo nõ ratificãs abſoluatur, ſup. q. 21. verſic. vlterius quæro in fin. quo verò ad p̃ſentiam 3 partis acceptãtis, adde Boer. addit. ad Dyn. in regula, quod ſemel litera A. ſub num. 8. de reg. iur. in 6. Brun. tract. de indicijs, & tortura, q. 3. 1. par. ſub nu. 15. contrarium tamen viſus eſt tenere ſup. in d. quæſt. 21. verſ. Confeſſio extraiudicialis, vbi quod immo confeſſio ſic facta abſente parte reuocari non poteſt, niſi docto de errore. *Drogh.*

h *Item poteſt dicere.*] Farinac. quæſt. 81. cap. 1. vol. 4. num. 50. *Roſ.*

i *Poteſt etiam.*] Farin. quæſt. 81. capit. 7. vol. 4. nu. 259. & 260. *Roſ.*

*Poſſet etiam dicere.*]
7 Adde quod aliter † fuit deciſum in ſacro Conſilio Neap. deciſ. 176. in caſu mulieris inquiſitæ de furto, quæ incidenter confeſſa fuit adulterium, in quo fuit dictũ, quod ſpecialiter inquiratur de adulterio, & detur copia defenſionis, & fuit relaxata a carce-

11 *Sed hic occurrit alia quæstio: Tu scis, quod multa sunt crimina communis fori, scilicet pro quibus potest laicus puniri a iudice laico, & etiã ab ecclesiastico, vt dixi sup. q. 37. pone, quod aliquis fuerit de tali crimine accusatus corã iudice ecclesiastico, & ab eo causa cognita absolu-*
p *tus: p nunquid poterit nõ obstante dicta absolutione iterum coram iudice laico de ipso crimine accusari, & puniri? Resp. quod sic, & ita omnium consensu receptum esse attestatur Didac. in d. c. 10. nu. 6. Nam iurisdictio ecclesiastica, et secularis sunt prorsus separatæ, & distinctæ, ideo absolutio lata in vna iurisdictione non parit in alia exceptionem rei iudicatæ. Et ita in facti contingentia consuluit Bald. cons. 260. lib. 3. contra quendam imputatum, quod cognouerat quandã mo-*
*nialem, qui fuerat ab Episcopo absolutus. Faciunt ea, quæ dixi infra vers. Scias etiam, & seq. & refert Papo lib. 1. tit. 5. arresto 46. iudicatum fuisse per parlamentum Parisiens. quod clerici in casib. in quibus ex* e *priuilegio Gallicano possunt puniri etiam a iudicibus laicis, si prius fuerunt pro eisdem criminibus absoluti a suis iudicibus ecclesiasticis, possunt non attenta huiusmodi absolutione a laicis puniri.*

*Sed quid, si pro eo crimine fuerit punitus ab ecclesiastico? Dixi inf. vers. sed quæro.*

12 *Dictum est, non posse procedi cõtra eum, qui fuerit pro eodem crimine absolutus: sed quid si fuerit punitus? Resp.*
q *Si q quidem fuit punitus ea-*
r *pœna, quã requirebat r qualitas delicti, nulla est difficultas, quod non potest amplius procedi. Et ita in facti contingentia consuluit Bal. cons. 31. lib. 4. & cons. 292. eod. vol. & consil. 124. lib. 5. & Paul. de Cast. cons. 118. li. 1. Ita etiam declarauit Senatus in causa cuiusdam Andreæ Marzæ, qui fuerat punitus ex causa ludi prohibiti, et iterum pro eodẽ delicto molestabatur, 23. Nouembr. 1555. Sed si fuit punitus minori pœna, quã criminis qualitas requireret, fortè posset dubitari. Adhuc* s *tñ dicendum est, quod non potest puniri. Et ita quotidie practicari uidemus, vt dicit Bald. cons. 34. in fin. lib. 1. militat enim etiam hoc casu generalis ratio, quod de eodem delicto sæpius non est*
t *quærendum.* t *Quod tamẽ intellige, vt procedat, nisi ex parte iudicis, qui minorẽ pœnã imposuit, interessisset ali qua fraus, vel collusio, imponendo pœnam leuiorem pro delicto valdè graui: nam eo casu, non obstante huiusmo-*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

u *Scias etiam.* ] Vulpel. conſ.46.nu.10. *Roſ. Scias etiam.*] Adde,
26 quod † D. Far.q.cim. in q.7.num.26.verſ. ſed tertiũ, tenet contrariũ, & impugnat conſuetudinem hic allegatã, dicens, opinionem veriorem eſſe, quod indiſtinctè, etiam quod diuerſæ ſint iuriſdictiones, & territoria, abſolutus, vel condẽnatus in vno loco, ſiue domicilij, ſiue originis, ſiue delicti, nõ poſſit vllo pacto moleſtari in alio, fraude, vel colluſione ceſſante, ibi impugnando etiam Viti. tenentẽ in opin. 420. num.4. quod abſolutus, vel cõdemnatus in loco domicilij, vel originis nõ prohibetur accuſari in loco delicti, quia eſt principalis locus, in quo punitio fieri debet; ſecus autem in condemnato, vel abſoluto in loco delicti, quo caſu amplius moleſtari nõ poterit; ſed ego arbitror opi
27 nionem D. Farin. † quo ad punitionem factam, quando ſufficienter punitus fuiſſet, eſſe veram, quia de eodem delicto nemo duplici pœna eſt puniendus, non autem quando fuiſſet abſolutus in loco originis, vel domicilij; nam daretur materia fraudãdi, quia delinquentes confugerent ad locum domicilij, & originis, vbi de facili ob defectũ probationũ, vel alia de cauſa abſolutionẽ obtinerent, & de fraude cõteſtare nõ poſſet; & quia etiam locus delicti eſt locus principalis, & principaliter offenſus, in quo punitio fieri debet, vt dicit Viu. in loco ſupra citato; ſed ſi abſolutus fuiſſet in lo co delicti, eo caſu crederem amplius non poſſe moleſtari, nam prædicta ceſſarent, & ſic poteſt dici, quod in caſibus prædictis, ſ. quãdo abſolutus fuiſſet in loco originis, vel domicilij, impugandã non eſſe dictã conſuetudinẽ, & ita ẽt dicit D. Far. ſi benè eius fundamentũ conſideratur, dũ tradit exemplũ de punito, & non de abſoluto.

*di punitione, poſſet reus iterũ accuſari, & puniri. Et ita reperio iudicatum fuiſſe in cauſa cuiuſdam Gaſparis Canouę, qui pro homicidio animo deliberato patrato fuerat punitus pœna pecuniaria per prætorem Domus Oſſulæ: iuſſit enim Senatus Prætori eius ſucceſſori, vt nulla habita ratione illius cõdemnationis de nouo contra ipſum Canouam procederet, 8. Octobr. 1556. P. N. Et Paulus de Caſtro conſil. 548. lib. 1. conſuluit, quod quidam, qui fecerat cõpoſitionem pecuniariam cum Vicario Epiſcopi pro adulterio, poterat non obſtante compoſitione iterum ab Epiſcopo inquiri, & puniri.*

13 *Scias* t *etiam, quod licet*
u *prædicta concluſio procedat de iure, tamen conſuetudo illam non admittit, niſi quando iſti duo iudices ſunt ſub eodem domino. Sed quando eorum territoria, & iuriſdictiones ſunt penitus ſeparatę, & diſtinctæ, & ſub diuerſis præſidibus prouinciarũ, tunc ſi delictum commiſſum in uno loco poteſt puniri a duobus iudicibus inſolidum, condemnatio facta ab vno, & exactio pœnæ non tollit accuſationem,*
x *neque* v *punitionem corã alio. Et ita de conſuetudine obſeruari atteſtatur Bald. relatus per Aret. in d.c.de his, n.20. & in ſpecie ita obſeruari in Italia dicit Iacob. de Beluiſ. conſ.9. circa fi. inter conſilia crim. diuerſorum, lib 1.*

14 *Sed quæro, quid ſi aliquis fuerit accuſatus coram iudice eccleſiaſtico pro aliquo crimine ex iis, pro quibus etiam iudex eccleſiaſticus põt contra laicum procedere, de quibus dixi in d.q.37. & fuerit ab ipſo iudice eccleſiaſtico punitus, nunquid poterit iudex laicus illum iterũ pro eodem delicto grauius punire? Reſp.*
y *quod* w *ſic, & eſt communis opin. vt dicit Felin. in d.c.de iis, nu.10. prout illum refert Alciat. in c.1. num.128. de offic. ord. qui & ipſe atteſtatur hanc eſſe communem opi. licet ego in libro meo non reperiam Felin. in eo loco atteſtantem, Didac. in d.c.10. poſt nu.6. Ant. Gomeſ. c.1. delictorum, poſt nu.40. in prima*
z *concluſione, ſunt enim* x *iuriſdictiones diſtinctæ, & prorſus ſeparatæ, vt dixi ſupra verſ. ſed hic occurrit. Subdit tamen Anton. Gomeſ. in loco prælleg. circa fin. quod aliud eſſet dicẽdum, ſi prius fuiſſet punitus a iudice laico: nam (ſecundum eum) non poſſet deinde ab eccleſiaſtico moleſtari, & dicit, quod ita colligitur ex mente omnium doctorum, quod ego ẽt ſequor, dummodo pœna impoſita per iudicem laicum non eſſet minor illa, quam pro eo crimine poſſet imponere iudex eccleſiaſticus, loquendo de pœna corporali, vel pecuniaria. Nam licet pœna excommunicationis, quam iudices eccleſiaſtici paſſim imponunt, ſecundum quid ſit grauior omni pœna temporali, cum tamẽ tendat potius ad ſalu em animæ, & ſic ſit potius medicinalis, quam afflictiua, non eſt in hoc propoſito connumeranda inter graues pœnas.*

15 *Vnum tamen ſcias, quod tanta poſſet eſſe criminis atrocitas, quod nõ obſtante punitione per unum iudicem illata, poſſet etiam per alium iudicem puniri. Et ita colligi videtur ex tex. in c.ad falſariorum, de crim. falſi, & in hoc omnes DD. conſentiunt, vt atteſtatur Pont. ſuper conſuet. Bleſen. fol. 182. col. 1. in fi. vbi per tres colum. ſatis eleganter loquitur in hac materia.*

Itẽ adde, quod quãdo reus poteſt puniri a duobus iudicibus pro eodẽ delicto, ſi condemnatus fuerit pecuniariter ab vno, poteſt iterum condẽnari corporaliter per aliũ iudicem, ita dicit Bald. in l.2.C. de ſport. quem refert, & ſequitur Afflict. in cõſtit. blaſphemiam in fi. lib.3. *Baiar.*

x *Neque punitionẽ coram alio.* ] Pone modo, q reus coã tali iudice penitus ſeparatæ iuriſdictionis reuocaret confeſſionẽ ſub alio iudice factam, an poſſet puniri, vel torqueri? Dic, quod ſic, niſi confitens doceret de errore, vel metu alterius iudicis, ſupra q. 21. verſ. Sed quid ſi reus *Drogh.*

y *Reſpond. quod ſic.* ] Amad. a ponte in quæſt. Laud. tit. quis ſit iudex fol. 93. alias nu.24. 25. & 26. & dicit, quod vnus non poterit alteri inhibere. *Roſ.*

z *Iuriſdictiones diſtinctæ.* ] Adde ſupra q.3. & verſ. ſed certè. *Drog.*

# QVÆSTIO LVIII.

## Quid agendum ſit, ſi reus remiſſionem a parte offenſa habitam exhibeat.

*SVMMARIA.*

Ex Claro.

1 *Pace habita ab offenſo, an poſſit vlterius procedi.*
2 *Et an poſſit tranſigi ſuper crimine prius, quam ſit inſtituta accuſatio.*
3 *Et an facta pace poſt cœptum iudicium poſſit iudex illud proſequi.*
4 *Et an ſtante pace poſſit tertius accuſare.*
5 *De quibus criminibus poſſit fieri pax.*
6 *Et an de criminibus priuatis.*
7 *Et an vbi ingeritur tantum pœna mutilationis membri.*
8 *Et an vbi pœna fuſtigationis.*
9 *Et quid ſi agatur de imponenda pœna perpetui carceris.*
10 *Et an vbi agitur de amittenda libertate.*
11 *Et an ſuper crimine adulterij.*
12 *Et an ſuper crimine raptus.*

Et

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

13 *Et an super crimine incestus.*
14 *Et an super stupro.*
15 *Et an super criminibus, pro quibus, non ingeritur pœna sanguinis.*
16 *Et quid si agatur de crimine priuato.*
17 *Et quid si agatur de crimine, pro quo de iure sit imposita pœna mortis, & a statuto imposita sit pœna pecuniaria.*
18 *Et quid si agatur de crimine falsi.*
19 *Et an in casibus, in quibus est prohibita transactio, sit etiam prohibita gratuita pactio.*
20 *Et an si statutum prohibeat fieri pacem pro aliquo delicto, censebitur etiam prohibitum fieri pacem cum eo, qui delictum ipsum fieri mandauit.*
21 *Ad quos spectet ius faciendæ pacis.*
22 *Pater an possit remittere iniuriam factam filio.*
23 *Prælatus an possit remittere iniuriam factam ecclesiæ.*
24 *Et quid in blasphemia.*
25 *Offenso monacho, an spectet ius faciendæ pacis monasterio, vel filio.*
26 *Filij spurij an possint pacem facere de morte parentum.*
27 *Tutor an possit facere pacem nomine pupilli.*
28 *Procurator cum libera an possit pacem facere.*
29 *Pax habita a vulnerato, qui deinde moritur, an prosit vulneranti.*
30 *Et an pax facta pro vulneribus prosit pro morte.*
31 *Marito, qui vxorem occidit, an prosit pax habita a filijs communibus.*
32 *Filius, qui non vult esse hæres patris, an possit facere pacem pro morte patris.*
33 *Et an filius faciendo pacem censeatur adire patris hæreditatẽ.*
34 *Si offensus decedat, relictis pluribus hæredibus, an sit habenda pax ab omnibus.*
35 *Et an sit habenda pax a femina hærede.*
36 *Et quid si nullus adsit hæres, a quo possit haberi pax.*
37 *Pax an possit fieri absenti.*
38 *Pax facta pro iniuria an tollat etiam interesse respectu damnorum, & expensarum.*
39 *Remissione facta in foro conscientiæ, nunquid sublatum sit ius accusandi.*
40 *Restitutio rei ablatæ, vel satisfactio an habeat vim remissionis.*
41 *Iudex an possit cogere offensum ad faciendam pacem.*

Ex Additionibus.

1 *Pax à quibus sit habenda.*
2 *Pax quomodo probetur.*
3 *Pax habita post sententiam, an prosit stante statuto quod habita pace, quis mitius puniatur.*
4 *Offensus declarans coram testibus, quod non intendit querelare, censetur remittere.*
*Statutum alleuians pœnam de pace facta cum offenso, non intelligitur de pace facta cum fisco, sed cum principaliter offenso, nu. eod.*
5 *Pax, & remissio an differant.*
6 *Paciscens de iniurijs censetur concordasse.*
7 *Pax de delicto intelligitur etiam, & de qualitatibus ipsius.*
8 *Compositiones quomodo fiant in Regno Neapolitano.*
9 *Iudex non potest præfigere terminum offenso ad querelandũ.*
10 *Pœna pacis ruptæ debetur etiã quod subsequatur reconciliatio.*
11 *Remissio partis quando præiudicet fisco.*
12 *Iudex an possit procedere post remissionem partis in statu Ecclesiastico.*
13 *Et quid in Regno Neapolitano.*
14 *Accusatore desistente an possit procedi.*
15 *Accusatores an possint impunè desistere in Reg. Neap.*
16 *Et quid in statu Ecclesiastico.*
17 *Accusator nouus an possit prosequi processum, super quo fuit transactum*
18 *Componens cum fisco quando possit iterum molestari.*
19 *Pax facta sub conditione, ne offendens redeat ad patriam sine licentia offensi, an valeat.*
19 *Tertius quis dicatur.*
20 *Transactio quare prohibeatur in crimine adulterij.*
21 *Et quando possit fieri in crimine raptus.*
22 *Transactio nulla an impediat transigentem iterum agere.*
23 *Pax à coniunctis vsque ad quem gradum requiratur.*
24 *Pax an sit habenda a filijs adoptiuis, emancipatis, naturalibus & legitimatis.*
25 *Pax debet constare in actis.*
26 *Vxore alicuius occisa, quis debeat facere pacem, vir, aut pater.*
27 *Pater an possit remittere iniuriam factam filio.*
28 *Et si remiserit, an mater possit accusare.*
29 *Et quid in sorore, si frater remiserit.*
30 *Pater vilis non potest remittere iniuriam filij.*
31 *Nec etiam iniuriam violati thori.*
32 *Parte remittente, an alij agere possint.*
33 *Et an filius iniuriatus.*
34 *Filius non ratificans pacem factam à patre, non dicitur proditor.*
35 *Iniuria facta ciui non potest remitti per Antianos sine consensu consilij.*
*35 *Blasphemiæ pœna quæ sit.*
36 *Blesphemans absolutus à sacerdote, an dicatur habere pacem blasphemiæ.*
*36 *Rapiens monialem pacem debet habere à Papa.*
37 *Monaco habente filium interfecto, à quo sit habenda pax, à filio, vel à Monasterio.*
38 *Et quid si filius, & Monasterium discordent.*
39 *Offensa facta Monaco, & facta Clerico seculari an differat.*
40 *Rapiens monialem à quo debeat habere pacem.*
41 *Religiosus non dicitur ante professionem.*
42 *Spurius an possit remittere necem patris, vel è contra.*
43 *Tutor an, & quando possit facere pacem, & num. 45. Et quid de minore.*
*43 *Mater tutrix an possit pacem facere pro filio pupillo.*
44 *Et an tutor teneatur ad illius obseruantiam.*
46 *Et quomodo sit faciendа cum pupillo.*
47 *Pax facta à tutore ante confectionem inuentarij an valeat.*
48 *Procurator an possit pacem facere.*
49 *Et an constitutionem apponere.*
50 *Et quid in Regno Neapolitano.*
51 *Pax facta pro vulnere, an prosit secuta morte.*
52 *Occisus si reliquerit patrem, filium, & vxorem, quæ postea filio successit, a quo sit pax habenda.*
53 *Maritus interficiens vxorem an possit habere pacem à filijs communibus.*
54 *Farinac. impugnatur.*
55 *Metus reuerens alis quomodo probetur.*
56 *Filius exhæredatus an faciat pacem de morte patris.*
57 *Pax habita ab vno ex pluribus hæredibus an sufficiat.*
58 *Pax, & concordia differunt.*
59 *Pax à quibus requiratur in Regno Neap.*
60 *Pace habita à principali non est amplius de causa tractandũ.*
61 *Soror defuncti, existente filio, non potest pacem facere.*
*Et quid de vxore interfecti, ibid.*
62 *Filiæ exclusæ a statuto an debeant paci interuenire.*
63 *Pax facta absenti an requirat ratificationem.*
64 *Damna remittere nemo tenetur.*
65 *Satisfactio debet fieri iuxta mensuram iniuriæ.*
66 *Paciscens cum parte, mediante pecunia, non euadit infamiam.*
67 *Remissio plena an tollat repetitionem damnorum.*
68 *Remittens iniuriam pretio mediante, non censetur remittere damna, & interesse.*
69 *Remissio pœnæ conuentionalis censetur facta per cassationem processus.*
70 *Remissio plenissima comprehendit etiam damna, & interesse.*
71 *Remissio iniuriæ, & consequutio satisfactionis inter se sunt diuersæ.*
72 *Remissio an posit probari, per testes.*
73 *Et quid in Regno Neapolitano.*
*Pax potest dici sine actu exteriori pro salute animæ, & sacerdos tenetur absoluere confitentem, nu. eod.*
74 *Iudex an posit compellere ad pacem, & nu. 77.*
75 *Et an ad treguam.*
76 *Et si compellat, an teneatur edicto, quod metus causa.*
78 *Pax ex quibus impediatur, remiss.*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

## ADDITIONES Ad Quæst. LVIII.

a *Sequens est defensio.*] Pax quotuplex sit, & quomodo diffinitur, Vulpel. de pace q. 1. & ibi plura de materia per 66. quæst. & quid ab indicijs, seu tregua differat, ibi q. 67. & quinque seq. & an sit indiciũ mixtum si frangatur, vide Decian. to. 1. tract. crim. lib. 4. c. 26. num. 14. pax quid sit, & quotuplex, quid concordia, quid tregua, vel induciæ, quid assecuratio, seu cautio, vel promissio de non offendendo, & quãdo quis cogi possit ad faciẽdum pacem, Farin. in sua praxi crim. vol. 4. quæst. 107. artic. 1. primæ partis art. 1. De pœna frangentis, vel violantis pacem, ibi art. 6. nu. 17. & quando pax rupta censeatur, vide ipsum in omnibus articulis dictæ quæst. 107. de quibus sup. fol. 172. An non obstante pace, vel transactione possit quis iterum molestari, Farinac. tit. de inquisitione quæst. 4. num. 31. & sequentib. & quid si transegit cum fisco, idem Farin. q. 5. vbi latè, quæ ad validitatem compositionis requirantur, vol. 1. *Ros.*

## QVÆST. LVIII.

1 a *Equens a est defensio, quam reus contra processũ proponere potest, quod scilicet habet pacem, seu remissionem a parte offensa. Et hęc materia est valde vtilis, tam propter statuta, quæ plerunque habita partis remissione minuunt pœnas delictorum, uel etiam aliquando disponunt, delinquentes habita pace non posse molestari, quam etiam propter gratias, seu remissiones, quæ* b *illis fiunt a Principe, b quæ in hoc Ducatu, & multis* c *etiam in locis non fiunt, c nisi præuia partis remissione.* d *Hæc d autem pax, seu remissio partis offensæ, si habita esset, antequam cœptum esset procedi, multum prodesse posset delinquenti attenta dispositione iuris communis, secundum quam non proceditur regulariter sine accusatore, vt dixi supra quæst. 3. versic. debes autem. Videmus enim, quod e vbi pars offensa non accusat, raro solent alij accusare, vt experientia docet. Sed de consuetudine, secundum quam hodie iudices pro quocunque crimine procedunt per inquisitionẽ, id est ex officio, vt dixi in d. quæstio. 3. versic. sed certe,* f *parum f prodesset partis remissio, quo ad impediendum processum: quia iudex ea non obstante procederet ex officio. Et ita in facti contingẽtia rescripsit Senatus Prętori Comi, 1. Septembris 1546. P. N. Bene posset prodesse quo ad debilitãdum*

*Sequens est defensio.*] Adde videndum Farin. q. crim. 1 14. vbi latissimè † pax a quibus habenda sit, stante statu- 2 to, quod pacem habens mitius puniatur; & de modo probandi pacẽ latè habetur per Mascar. de prob. concl. 1156. vol. 3. vide etiam, quæ posui infra ad vers. visum est.

3 Item adde, † si extaret statutum, quòd delinqueus mitius puniatur secuta pace, siue transactione ante sententiã diffinitiuam, pax siue transactio post sententiam erit valida, si facta fuerit pendente appellatione, & sententia prima reuocari debet, & delinquens mitius puniri; ita tradit Gomes. de delict. in c. 3. nu. 69. vbi attestatur, ita iudicatũ fuisse in Cancellaria Regia de Valladolit, quem sequitur Plac. in epit. delict. c. 39. nu. 27. & 28. Fraach. in decis. 370. num. 19. vol. 2.

Item adde, quod statutum alleuians dęnam facta pace cum offenso non procedit, nisi fiat pax cum principaliter offenso. Brun. cons. feud. 66.

4 Item † adde, quod si offensus non conqueratur, & declaret in iudicio, vel extra coram testibus, quod non intendit exponere querelam, nec in scriptis remittere, quia sibi esset dedecus, sed videat offensor habere pacem cum curia, quia quo ad se nihil vult videre, cẽsetur remittere, & sic curia poterit remittere, siue componere, Bart. in l. 1. §. si Dominus, ff. ad Senatusconsult. Syllan. & Foller. in verb. audiãtur exceptiones, nu. 58. vbi dicit, cogita, & multa in hac materia remissionis habes per Carauit. in tit. 275. vbi 5 plenè de hoc tractauit, & inter alia † dicit, quod pax, & remissio ad hunc effectum sunt idem, licèt inter se differant; remissio enim fit, cum ab vna parte tantum fuit offensio, pax vero, seu concordia cum ex vtraque parte.

6 Item adde, quod si † fiat pactum de iniurijs sibi factis, intelligitur fieri pax, & concordia, & ideo est satisfactum statuto requirenti pacem, & concordiam, vt bannitus rebanniatur, vel accusatus non puniatur: ita tenet Angel. in l. 1. super gloss. in verb. pactum, ff. de pact. & & Caccialup. in tract. de pact. in secunda quęstione.

7 Item adde, † quod pax facta de delicto, etiam quod in instrumento pacis non fiat mentio de qualitate delicti, prodest inquisito, quia remisso delicto eius qualitas remissa videtur. Bal. in cons. 378. vol. 4. & Rom. in cons. 448. qui transcripsit consilium Baldi de verbo ad verbum, eum sequendo. *Baiar.*

b *Quæ in hoc Ducatu.*] 8 Adde, quod in Regno Neap. remissiones, seu cõpositiones nullo modo fieri possũt, nisi prius parte concordata, vt per ritum 172. & 173. & ibi latissime Carau. qui ponit multas quęstiones si compositio, siue remissio, parte non concordata, facta fuisset, vide ẽt Io. Ant. de Nigris super cap. regni in c. 221. incipien. exercere volentes, & omnino Fabiũ Monteleon. de litteris arbitralibus par. 5. fol. 403. & per Pragm. nuneliã prag. 4. sub tit. de compositi. & de prædictis vide etiam, quæ posui infra in quęst. sequẽti vers. adde quod pro bono pacis.

Item adde, quod stantibus ritibus prædictis, iudex non potest facere compositionem, siue remissionem cum illa cautela, quod 9 offenso statuat † terminũ ad accusandum, siue querelandum, si vult accusare, quia ẽt quod non compareat, & nihil dicat cõpositio nõ potest fieri; nisi remissio partis præcedat, quæ ad accusandũ cogi non potest, siue ad agendũ, Carau. in d. ritu 272. nu. 20. nisi in casu ibi posito. *Baiar.*

c *Nisi præuia partis remissione.*] Adde supra quæst. 23. in princ. *Drogh.*

d *Hæc autem pax.*] Et de exculpatione vide Cott. memorab. verbo, tectatur lethaliter, Felin. c. 1. de præsumpt. in fin. nu. 18. *Ros.*

e *Vbi pars offensa non accusat.*] Adde sup. q. 17. vers. fin. in fine. *Drogh.*

f *Parum prodesset partis remissio.*] Adde Boer. super consuetud. Bitur. tit. Des costum. concer. le viges, §. 16. versic. est Faicte. Ratio est, quia, cũ agitur de interesse publico, remissio partium non præiudicat, Doct. & ibi Ias. in l. 1. §. & post operis, vltima fallentia, ff. de oper. nou. nunciat. At nemine querelante, etiamsi ius sit publicum, non proceditur, sup. q. 17. versic. finali, in fin. *Drogh.*

10 *Parum prodesset.*] Adde, quod idem † procederet, si pax facta fuisset a duobus sub obligatione, & pœna applicanda fisco, de non rumpendo eam: qui si se offenderent, & postea se reconciliarent, talis reconcitiatio non noceret fisco. Felin. in cons. 10. nu. 8.

11 Item † adde, quod remissio partis prodesset in præiudicium fisci in delictis, quæ fiunt in omittẽdo, secus in illis, quæ fiunt in committendo. Boer. in consuet. Bituric. tit. de iurisd. omn. iud. §. 16. in gl. fin.

12 Item, † adde, quod in statu ecclesiastico adest constitutio Marchiæ in lib. 1. c. 9. qua prouisum fuit, vt iudices vlterius procedere non possint facta remissione partis, & abolitione petita, & solutis solidis quinque Cameræ Apostolicę, dummodo non interueniat collusio, vel alia illicita pactio, facta cũ accusato; quod arbitrio iudicis remittitur, exceptis hæresi, sodomia, latrocinio, incæstu, homicidio, raptu virginum, & Monialium, falsitate, incẽdio dolo,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

loso, sacrilegio, furto, & delictis cõmissis in personis officialium, & Curialium Curiæ prouinciæ, & vulneribus atrocibus, in quibus abolitio nullatenus admittatur, aut concedatur, sed d. constitutio nõ seruatur in practica, nisi in leuibus delictis, vt in verbis iniuriosis, pugnis, & similibus. *Baiar.*

g *Nam vbi pars remittit.*] Adde in quantum sit de iure ad materiam pacis, ea, quæ melius dixit Quint. Mandos. tract. de signat. grat. fol. mihi 53. cum seq. *Drog.*

h *Sed certè de consuetudine.*] Adde, quod Carauit. in ritu 272. nu. 26. idem attestatur, dicens, quod facta remissione principalis offensi, vel eius, ad quem principaliter ius querelãdi pertinet, neque ex eodem, neque ex nouo processu tractatur amplius de causa, & quod hoc est bene notandum, quia seruatur in practica. *Baiard.*

i *Vbi primus in gradu.*] Adde infra hac eadem quæstione, vers. sed pone, & vers. visum est, aliter nõ visus est tenere dictus Quint. Mandos. vbi supra, vers. Quantum ad illa. *Drog.*

k *Post cœptum.*] Adde, q̃ in multis locis, præsertim in statu ecclesiastico communiter seruatur, vt pace habita, vel renocatione querelę ad cassationem processus deueniri solet, in certis tamen casibus leuibus, & de ista consuetudine attestatur etiã Ant. Scap. in tract. iuris non scripti, (quod in vtroq; foro obseruatur) lib. 4. c. 9. nu. 10. Et † in Reg. Neap. parte concordata raro deuenitur ad sententiam, sed ad aliquam compositionem. Carau. in ritu 341. nu. 2. Et an habita pace possit deueniri ad condemnationem pœnæ ordinariæ, vide Far. quæst. crim. q. 4. nu. 34. *Baiar.*

l *Et ideo in casibus.*] Adde, si extaret statutũ, quòd in crimine adulterij, vel stupri, non posset procedi, nisi ad querelã partis, data querela potest iudex procedere ex officio, etiam quòd querelãs desisteret, per tex. in l. constante matrim. in fin. ff. de adult. & Afflict. in constit. legum asperitate, nu. 12. Gram. in decis. 31. num. 3. cum seq. & hoc procedit eo desistente in quacunq; parte iudicij, etiam appellatione pẽdente, vel accusatore mortuo, vt per Carauit. in ritu 21. *Baiard.*

Sed

*re ipsa processum: g nam vbi pars remittit, videmus, vt plurimum, quod cum maxima difficultate possunt haberi per fiscum indicia, uel probationes contra delinquẽtes.*

2 *Sed punctus est, nunquid possit transigi super crimine antequam sit super eo instituta accusatio: nam de iure loquendo videtur, quod non, & quod si facta sit transactio, nihil valet, quinimò illemet, qui remisit per pactum, vel per transactionem, poterit non obstante tali pace, vel transactione accusare. Et est cõmunis opi. vt dixit Alex. in l. transigere, num. 16. ff. de transact. quem refert Paris. consil. 150 num. 4. lib. 4. & Mantua in ead. l. transigere, num. 194. in fi. fuit opin. glo. l. iurisgentium, §. si paciscar, in verbo, Non liceat, versic. sed an idem, ff. de pact. quam dicit esse communiter approbatam Villalpand. in repet. h l. 22. cap. 4. num. 1. h Sed certè de consuetudine contrariũ seruatur: nam quandocunque fiunt paces, & transactiones super criminibus, semper valent, & sunt obseruandæ. Et licet de iure communi transactio, seu pactum, facta per proximiorem offensi, non impediat, quo minus alius sequens in gradu possit accusare, secundum communem opin. de qua per Villalpand. super l. 22. cap. 52. num. 1. nihilominus de consuetudine i seruatur, quod vbi primus in gradu remittit, non possunt alij accusare, nisi prout posset quilibet extrancus: & ita in casu statuti, vel decreti, vel gratię particularis semper remissio proximioris tollit alijs facultatem accusandi. Et ita in practica indistinctè semper vidi obseruari: k Post cœptum autem* 3 *iudicium, siue per viam accusationis, siue per viam inquisitionis, credo quod hæc defensio fundata super pace, aut remissione partis, esset modici effectus: nam non obstante tali pace, seu transactione, quæ facta esset super crimine etiam in casibus a iure permissis, deuenitur ad condemnationem contra delinquentem, perinde ac si nulla pax, aut remissio partis secuta esset. Et dicit Gand. de malef. in tit. de transact. nu. 13. quod hęc est opinio omnium Doctorum communiter, & quod ita de consuetudine seruatur, quem refert Villalp. in repet. l. 22. cap. 6. num. 5. Pract. Carrer. fol. 155. num. 379. relatus et ipse per Villalob. in sua collecta communium opin. in littera T. num. 121. vbi subdit, quod ita praxis obseruat. Dicit etiam Vital. de malef. in tit. de pace, num. 4. quod in hoc concordant communiter Doct. & quod ita seruatur. Ita etiam seruari attestatur Ang. in d. l. transigere, post num. 10. quem refert Anan. in cap. 1. post nu. 20. de colluf. deteg. & Card. Alex. in cap. si quendam, §. in omnibus, in gl. 1. 2. quæst. 3. & Villalpand. in repet. l. 22. c. 5. post num. 2. Et dicit Alber. in 2. par. statutorum, quæst. 127. quod ita communiter tenetur, & seruatur, quod tamen intellige, modo delictum sit tale, pro quo possit ex officio procedi. Et ita in facti contingenti a rescripsit Senatus prætori Cremonæ 24. Iulij 1564. Vide, quę dixi sup. q. 51. versic. sed quid si accusator. Verum est, quod Bart. in d. l. transigere, nu. 7. tenet, quod facta transactione super crimine in casibus a iure permissis nõ possit deueniri ad condemnationem sanguinis contra reum: Et Curt. iun. in d. l. transigere, nu. 29. dicit hãc opi. esse communem, quę fortè etiam in puncto iuris est verior, & in regno Castellę passim, & indistinctè obseruatur, vt attestatur Villalpand. in repet. l. 22. c. 6. nu. 1. & seq. & Ant. Gomes. c. 3. delictorum, nu. 55. & seq. inhærendo litteræ tex. d. l. 22. licet idem Gomes. refert quandoque contrarium fuisse obseruatum: Nihilominus veritas est, contrariam opi. esse magis communem: & ita semper vidi seruari vbique locorum, vbi non extent in aliquibus casibus statuta contrarium disponentia. Cum enim ex generali consuetudine totius Italię, & fortè etiam totius orbis p̃ssint iudices ex officio procedere super quibuscunque delictis, vt supra dixi, parum curamus, an pars accuset, vel remittat: & in hoc (maximè stante consuetudine) non est dubitandum. Et ideo in casibus, in quibus* l *non potest procedi nisi ad querelam partis, credere, quod remissio partis superueniens tolleret omnem processum, & quod accusatus omnino esset absoluendus, in ceteris autem tenenda est communis opi. vt scilicet remissio partis nihil operetur quo ad hoc, vt processus impediri, aut tolli possit. Et hoc apertè innuit decretum in nouis constit. in tit. de accus. c. in casibus, disponens, quod vbi agitur de pœna pecuniaria, habita remissione ab offenso, vel eius heredibus, non possit aliquo modo procedi, nisi sint casus, in quibus possit etiam ex officio procedi.*

*Et scias, quod licet secuta abolitione per transactionem, vel mortem accusatoris, possit iudex accusationem ipsam prosequi, debet tamen nouum processum, & nouam instantiam inchoare, ex quo prima instantia per transactionem fuit extincta. Ita tenet Bart. in d. l. transigere, nu. 8. cuius sententiam dicit esse communem Ant. Gomes. c. 1. delictorum, post num. 36. vers. ex quo apertè, licet ipse teneat contrarium, & re vera cum hodie (vt sępius dixi) iudex inquirendo concurrat cum accusatore, practica seruat, quod per transactionem non dicatur perempta instantia, sed potest iudex illam quandocunque prosequi, secundum Ang. in d. l. trãsigere, nu. 7. quem refert D. Ant. de Padilla in d. l. transigere,*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

m *Sed certè.*] Adde, quòd idem seruatur in regno Neapolit. licet adsint constitutiones, & ritus imponentes pœnas desistentibus ab accusationibus, quæ hodie non seruantur, & accusatores sine metu alicuius pœnæ desistere possunt, ita attestatur Carau. in ritu 205. nu. 1. & 2. & miror de Foller. in pract. crim. in ver. audiantur exceptiones, nu. 31. qui dicit, quòd desistētes tenentur ad pœnam sex tarenorum, allegando dictum ritū 205. & non vidit Carau. ibi attestantem illam pœnam penitus ab aula recessisse, nā quotidie accusatores desistunt sine licētia Curiæ, & solutione pœnæ,
16 & † ita in statu ecclesiastico seruari vidi. *Baiar.*

n *Sed pone, quòd pars*
17 *offensa.*] Adde, ꝙ † tertius querelans non poterit prosequi processum, super quo fuit transactum, nec ēt iudex ex officio, si in illo delicto nō poterat procedi, nisi ad querelam, sed oporteret alium formare processum, & hoc in casibus, in quibus permissa est transactio; in casibus verò non permissis poterit accusator, & Iudex prosequi eundē processum, secūdum Bart. in l. transigere, C. de transact. & ibi Alex. in 4. colum. & magis communiter scribentes, ut plene per Maran. in 6. par. nu. 48. vide etiam Carau. in ritu 272. nu. 23. vbi latè; vide etiam quæ posui infra vers. secūda regula.

18 Item adde, quòd † si fuerit transactum cum parte, & Curia in casibus permissis, non poterit molestari, vt ꝙ Paul. Girlan. in trac. de relax. carcerat. q. 6. sed de prædictis vide oīno nouissimè per Far. q. crim. in q. 5. vbi plenius quam alibi, an, & quādo componens, transigens cum fisco, & Præside possit iterum molestari, & inquiri de eodem delicto.

19 Item adde, † si pars offendens, siue denuntiata, & accusata in eodem instrumento remissionis promisit aliquid ratione expensarum, & interesse: vel per annum non accedere ad patriā partis offensæ, vel nō transire per eius domos, & facta est compositio per Curiam cum delinquente, si pars offendēs promissis nō stetit, pars offensa vlterius accusare, & inquisitum, pœna debita puniri facere non poterit, tex. in termi nis, quem ibi cōmendat Bart. Bald. & Salic. in l. quamuis, C. ad turpill. & ratio est secundum Salic. ibi, quia per talē remissionē dicitur accusator desistisse, & in Turpillianū incidisse, propter quod amplius deueniri ad condemnationem pœnæ ordinariæ accusati non permittitur, l. quòd desiterit, ff. ad Turpillian. quod tamen non procederet, quotiescunque remittens nondum querelasset, & remitteret ante litis contestationem, & dationem fideiussionis debitæ prosequenda, quoniam tunc cum simus ante litis contestationem, per remissionē quis non dicitur desistere, nec in Turpillianum incidere: & propterea si in instrumēto dictum esset, quòd in casu contrauentionis licitum esset agere, & suā querelam prosequi, posset ipsum accusare, & pœnā iuris contra eum prosequi, quia non seruando promissa incidit in pœnā in instrumento contentam, non obstante d. l. quamuis, quę in hoc casu non habet locum ratione cessante, quod tamen verum est secundum Bart. in l. si vnus, §. pactus in fi. ff. de pact. quem ibi sequitur Alex. num. 16. & Iaf. nu. 46. quotiescūque ex illo crimine veniret imponenda pena pecuniaria, quę potest in stipulationem deduci, quoniam tūc illa pœna potius imponeretur ex stipulatione, & pacto posito in instrumēto, quàm ex delicto, cuius pœna fuit remissa, secus si alia pœna, quàm pecuniaria, quoniā tunc talis adiectio non valeret, ꝙa vt ibi dicit tex. ex delicto oriri debet, non ex pacto, & ideo melius est in istis instrumentis remissionum, in quibus aliquid dandum, vel faciendum promittitur in casu contrauentionis adijcere certam pœnam pecuniariam, vna cū refectione damnorū, expensarū, & interesse; ita ꝙ pœna soluta, vel non soluta, rata adhuc remaneat, pmissio, quemadmodū docet Spec. in tit. de tregua, & pace in princ. & ita tradit Carau. in ritu 275. num. 12. cum seq. & an pax facta sub conditione, quòd bannitus intra certum tempus, vel absque pacisscentis licentia ad patriam redire non possit, valeat, Vulpell. in tract. de pace, q. 55. *Baiar.*

*Sed pone, quòd pars offensa remissionem delinquēti, nunquid poterit aliquis tertius, non obstante tali remissione, ipsum delinquentem de eo crimine accusare? Respon. quod sic: & est communis opin. vt dicit Felin. in c. de ijs, nu. 3. de accus. vbi dicit quod ita tenēto mnes DD. Curt. iun. in d. l. transigere, nu. 34. Maranta in suo Spec. fol. 84. nume. 61. Didac. lib. 2. resolut. c. 10. post num. 5. versic. nono idem, Don. Anto. de Padilla in l. transigere, num. 51. Quod intellige, vt procedat in criminibus, in quibus illi tertio competit ius accusandi, vel quia sit publicum, vel quia prosequatur suorum iniuriam: aliàs secus.*

5 *Succesiuè videamus, super quibus criminibus licitū sit facere pacem, seu transactionem. Resp. De hoc habemus text. in d. l. transigere, vbi est locus ordinarius huius materiæ, ex quo colligitur prima regula, quod de criminibus, pro quibus ingeritur pœna sanguinis, licita est transactio. Et dicit Placa lib. 1. delictorum, c. 39. nu. 3. quod hæc est constitutissima conclusio, & frequenti Doctorum calculo recepta sententia. Ratio autem huius conclusionis est, quia vnicuique licet sanguinem suum redimere. Ita dicit glo. in d. l. transigere, in verbo, Prohibitum, quæ quidem ratio ab omnibus approbatur, vt dicit Purpurat. in d. l. transigere, nu. 17. et illā cōmunem appellat Curt. iun. in ea. l. trasingere, nu. 4. quē refert. D. Ant. de Padilla, ibid. nu. 2. Mātua in ea. l. transigere, nu. 8.*

6 *Habetque locum hæc conclusio non modo in criminib. publicis, sed etiam in priuatis: nam si pro illis, puta, pro furto, uel huiusmodi imposita sit pœna sanguinis, vtique ēt in illis licita erit transactio. Et est communis opi. vt attestatur Villalpan. in l. 22. c. 1. nu. 11. Ant. Gomes. c. 3. delictor. num. 54. prout illum refert D. Ant. de Padil. in d. l. trāsigere, nu. 7. Militat enim eadē ratio, quia scilicet vnicuique licitum esse debet sanguinem suum redimere.*

7 *Item locum habet conclusio non solum in criminib. pro quibus ingeritur pœna mortis, sed etiam in illis, pro quibus ingeritur pœna mutilationis membri. Et est communis opin. vt attestantur scribentes in d. transigere, & in specie Curt. iun. num. 23. & Purpur. nu. 9. & Alciat. nu. 45. et D. Ant. de Padilla, nu. 8. Villalpan. in l. 22. c. 1. nu. 4. Cassan. super consuetud. Burgund. fol. 56. num. 129.*

o *Aliquis tertius.*] Intellige tertium, videlicet, qui nō sit
19 post primum gradū, quia rectè primus in gradu facit pacem

sem in præiudicium ceterorum, supra hac eadem q. vers. sed pūctus, sed an vulneratus faciēs pacem vulnerāti medio sacerdotis, talis pax valeat, quod sic, tenet Gulielmus de Cuneo inter cons. crim. diuers. cons. 8. nu. 4. par. 1. *Drogh.*

p *Excipitur tamen.* ] Adde †aliam rationem forsan meliorem, quòd prohibita sit trāsactio in crimine adulterij, ne maritus in crimen lenocinij incideret, quia trāsactio fieri non potest nullo dato, vel retento. l. transactio, C. de transact. hanc rationem considerauit Greg. Tholos. in sintagmat. lib. 28. c. 2. nu. 10. & lib. 36. c. 11. num. 8. *Baiar.*

q *Ne fiat sanguinis turbatio.* ] Hæc autem sunt in abusu, & ideo nō punitur in alijs, vt est sup. q. 37. vers. Quæro etiam in fine, infra q. 64. vers. Vlterius quæro in fine, Hor. Carm. lib. 3. Od. 6.

*Fecunda culpæ secula nuptias*
*Primum inquinauere, & genus & Domos.*
*Hoc fonte derivata clades*
*In patriam, populumque fluxit.*

& eodem lib. Od. 29.

*Stirpesque raptas, & pecus, & Domos*
*Voluentes vna; Drogh.*

r *Vtique etiam in adulterio.* ] Transactio tamē in tali casu videtur non posse fieri; tunc enim fit trāsactio, cum sumus in re dubia; sed in re clara, recte nō dicitur, Dec. in rubr. ff. de transact. & ibi scrib. infra versic. Scias ēt hac ead. quæst. vide Crauet. cons. 152. nu. 10. *Drog.*

s *Raptu.* ] Hier. Gabr. cons. 172. nu. 43. *Guiot.*

t *Et si dicas.* ] Adde, 21 quòd †parentes, si faceret pacem post finitum iudicum in crimine raptus, non incurrerent pœnam d. l. vnica, secundū Gabr. in consil. 172. nu. 43. vol. 1. *Baiar.*

u *Secunda regula.* ] 22 Adde, †quòd in casib. in quibus prohibita est transactio, non prohibetur repeti accusatio, etiā a primo accusatore, licet transactionem fecerit, quia nulliter transegit, *Talis enim dicitur etiam pœna sanguinis.*

8 *Sed quid si ingeratur solummodo pœna fustigationis? Resp. quod etiam super illis licita est transactio, & est communis opi. vt dicit Curt. iun. in d. l. transigere, nu. 26. Cassan. in loco præalleg. Purpur. in d. l. transigere, num. 12. D. Ant. de Padilla in ea. l. transigere, nu. 12. Et hæc opi. mitior est, et mihi magis placet, quamuis contrariam opi. multi sequantur, quam etiā communem appellat Rom. in d. l. transigere, nu. 9.*

9 *Hinc infertur, quod si agatur de crimine, pro quo veniat imponenda pœna perpetui carceris, non erit licita transactio. Et hæc est communis opi. vt attestatur Cur. iun. in d. l. transigere, num. 22. & Matua post nu. 37. quidquid in contrarium dixerit Abb. in c. 1. col. fin. vers. ] dē puta rē, de colluss. detег. cuius opi. magis communiter reprobari affirmat D. Ant. de Padilla in d. l. transigere, nu. 15.*

10 *Item quæro, quid si agatur tantum de amittenda libertate, aut auctoritate, nunquid poterit transigi? Resp. quod non ita tenet glo. in d. l. transigere, in verbo, Capitali, quę in hoc communiter approbatur, vt dicit Curt. iun. in ea. l. transigere, num. 27. Nam eo casu non dicitur propriè agi de pœna capitali, vel sanguinis: merito cessat legis ratio, et consequenter ēt dispositio.*

11 *Excipitur* p *tamen ab hac*
p *regula crimen adulterij, licet enim pro eo de iure communi imposita sit pœna mortis, vt dixi sup. hoc eod. lib. §. Adulterium, vers. Sed quæro, nihilominus non est super illo licita transactio, vt expressè dicit tex. in l. transigere. Et ratio est propter frequentiam, & immanitatem ipsius criminis, & ita dicunt cōmuniter Doct. vt dicit Alber. in in d. l. transigere, post nu. 17. vers. Quæro quare, quem refert D. Ant. de Padilla in ea. l. transigere, post num. 77. quam tamen rationem communiter reprobatam esse ait Coras. lib. 2. Misce. c. 1. nu. 2. Vel etiam ita inductum fuit*
q *in fauorem matrimonij, cui leges multum fauēt,* q *ne fiat sanguinis turbatio, neve fortè sordidæ stirpis viri splendidis natalibus subrogentur, quam etiam rationem cōmuniter teneri attestatur Mantua in ea. l. transigere, nu. 65. & Alciat. nu. 20. Hoc tamē intellige, vt procedat, antequam pœna pro ipso adulterio imposita sit, sed post impo*
r *sitam pœnam, vtique etiam in adulterio licita est transactio. Ita tenet Bart. in d. l. transigere, nu. 13. & est communis opi. vt attestatur Purpurat. in ea. l. transigere, nu. 71. Ego tamen in contingentia facti nunquam vidi reijci remissiones factas a maritis pro adulterio: quinimò dicit Papo lib. 22. titu 9. Arresto 12. quod quandocunque maritus remittat ante sententiam, mulier non punitur, & quod ita fuit iudicatum per Parlamentum Tholosanum.*

12 *In alijs autem criminibus prēter adulterium licet transigere, etiam si grauiora sint ipso crimine adulterij. Et ita cōmuniter concluditur, vt dicit Pract. (arer. fol. 628. post*
s *nu. 127. Hinc infertur, quod licita est transactio super* t *raptu; ita tenet Bar. in d. l. transigere, nu. 12. quem sequuntur communiter Doct. vt dicit Curt. iun. in ea. l. transigere, nu. 35. Hanc etiam opi. dicit esse cōmunem Alex. in ea. l. transigere, nu. 31. Purpur. num 54. & seq. & alij, quos refert D. Ant. de Padilla in d. l. transigere, nu. 79. & Villalpan.*
t *in repet. l. 22. c. 17. num. 2. & c. 18. post nu. 5.* t *Et si dicas, quod imò parentes prohibētur sub pœna deportationis facere pacem pro raptu filiarum, vt expressè dicit tex. in l. vnica, C. de raptu virg. Resp. quod ipse quidem pater transigendo incidit in pœnā dictæ legis, tamen remissio valet, nec suo nomine amplius agere potest. Et ita consueuerunt DD. communiter dicere, vt ait Salyc. in d. l. vnica, nu. 32.*

13 *Secundo infertur, quod licita etiam est transactio super crimine incestus, & est communis opi. vt attestatur Boer. decis. 91. nu. 2. & 3.*

14 *Tertio infertur, quod licita ēt est transactio super stupro & est communis opi. vt attestatur Coras. lib. 2. Miscel. c. 1. nu. 5. D. Ant. de Padilla in d. l. transigere, nu. 82.*

15 *Secūda* u *regula, quæ colligitur ex tex. in d. l. transigere,*
u *est, quod super criminibus, pro quibus non ingeritur pœna sanguinis, non potest fieri pax, siue transactio. Ratio autem est, ne delicta impunita remaneant. Et ita communiter dicitur, vt attestatur Alex. in ea. l. transigere, post num. 5. vers. quæ autem. Sed certe & contra hanc rationem, et multas decisiones Doctorum in hac materia multa dici possent, quæ tamen omitto, tum quia istę disputationes parum, vel nihil prosunt, tum etiam quia hodie ex generali consuetudine Italiæ licitum est facere pacem pro quocunque crimine. Et sic ferè omnia prædicta raro, vel nunquam tractantur in practica.*

16 *Sed hic quæro, nunquid hæc conclusio locum habeat, non modo si agatur de criminibus publicis, sed etiamsi agatur de criminibus priuatis, vt scilicet etiam in istis non sit licita transactio, si pœna sanguinis non ingeratur. Resp. Aliqui tenuerunt, quod non habeat locum in criminibus priuatis, & consequenter, quod in illis licitum sit transigere, et dicit*

*Alber.*

secūdum Felyn. in c. de his, col. vers. secundo limita de accus. Io. Marc. Monticel. reg. 1. num. 6. Foller. pract. crim. can. c. 35. num. 15. vbi dicit, hoc non procedere in tribus casibus, scilicet in crimine adulterij, quando est impositum perpetuum silentium, & in transactione facta post litē contestatā, sed ego nunquam vidi hoc seruari in practica, quòd post pacem, siue transactionem transigens, siue paciscēs possit de nouo accusare, vel nouam accusationem facere, quia vt dicit D. Clarus, de quocunque delicto de consuetudine fiunt paces.

Item

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Item adde, quòd prohibita est transactio super criminibus publicis, quæ consistunt in committendo, Tiraq. de pœn. cap. 44. num. 27. *Baiar.*

u *Quam crimen falsi.*] Adde, quæ dicta sunt supra q. 59. vers. In huiusmodi autem, ob hoc enim crimen aliàs exclamauit Auctor in Senatu supra q. 53. versic. frequentissimè. *Drogh.*

x *Principali delinquente.*] Adde supra q. 38. versic. Item quæro post med. q. 29. in princip. q. 60. vers. solet dubitari, q. 89. vers. Scias autem, quibus locis passim videre potes de mandante, & mandatario, adde Felin. in cap. nonnulli, §. sunt, & alij coll. mihi nona, vers. Sed Petrus de Ancharano in regula, rati, de rescript. fol. mihi 145. *Drog.*

y *Visum est.*] Farin. in sua praxi, volum. 2. q. 14. *Ros.*

*Visum est de quibus crimi-*
43 *nibus.*] Adde, † quòd pax siue remissio est habenda a descendentibus, siue ascendentibus vsque in infinitũ, & a collateralibus vsq; ad decimũ gradum: & magis coniuncti occiso minus cõiunctis præferuntur, late per Nunci. Tartal. ad pragm. incipien. *Nel li anni passati*, parte secunda, nu. 18. cum seq. sub nu. de cõpos. in lib. comment. diuers. super pragmaticis, & Piac. lib. 1. Epit. delict. c. 39. nu. 13. vbi de communi attestatur.

24 Item † adde, quòd et a filijs adoptiuis habẽda est remissio, si transeunt in potestatẽ adoptantis, iuxta terminos l. cum adoptionis, C. de adopt. §. seu hodie instit. eod. secus autem si non transeunt; ita tradit Nunci. Tartal. in cõment. prag. incip. *Nelli anni passati*, num. 17. de compos. in lib. comment. diuers. super pragm. fol. 138. & habenda est etiam a filijs naturalibus legitimatis, & a naturalibus tantùm, non existentibus filijs legitimis, & naturalibus, vt late per eũdem Nunci. in loco supracitato, num. 22. cum sequenti.

Item adde, quòd si occiso nullus descendẽtium supersit, & superstite patre, & matre ab eis requiritur remissio; & matre existente tantum, ab ea est obtinenda, licèt filius vulgo esset quæsitus: vel quòd ipsa ad secundas nuptias transuisset, vel quod esset infamis, & publicè quæstum faceret; vel quod filio occiso tutorem non petijsset: & si cum dictis, patre, matreque, vel aliquo ipsorum supersit frater, & soror vtrinque coniuncti, vel ipsis deficientibus eorum filij, ab omnibus requiritur remissio, vel a Nepotibus, eis nonexistentibus, & si non existerent pater, & mater, seu auus, & auia, vel alter eorum, & frater, vel soror occisi: remissio quoque ab omnibus obtinenda esset; ita habetur per Nunci. ad d. pragm. in 2. parte a princ. vsque ad nu. 13. fol. 141.

25 Item † adde, quòd de pace debet apparere in actis, Bald. in consil. 402. vol. 1. & Moron. de fideiuss. tregua, & pace, q. 106. nu. 15.

26 Item adde, † quòd vxore occisa, patre, marito, & filijs existentibus, sufficit, quòd pax habeatur ab vno tantum, scilicet a patre, vel a marito, secundum Catald. in tract. de synd. q. 128. sed Vulpell. in tract. de pace, q. 24. tenet, quòd ab omnibus habenda sit. *Baiard.*

x *Notario stipulanti.*] Adde supra quæstione 21. vers. Pax. *Drogh.*

y *Quæro modo.*] Far. q. 105. inspect. 8. n. 363. vol. 4. *Ros.*

64 *Quæro modo.*] Adde, † quod damna, & interesse in foro diuino, siue conscientię nemo tenetur dimittere 23. quæst. quarta, capit. si illic, & dicta satisfactio debet fieri competenter, iuxta mensuram iniuriæ † d.

65 c. si illic, & arbitrio boni viri. l. sed si vnius. §. ait Prætor. ff. de iniur. & si præter damna, & interesse, quæ passus est offensus, aliquid datum

66 fuerit † sine iussu iudicis, vterque erit infamis; offensor soluens infamia iuris; & offensus recipiens infamia facti; quia iniuriam, & corpus suum precio vendidit, vt plenè per Lucā de Penn. in l. vnica, C. publi. letit. vel conf. col. 10. versic. & hanc satisfactionem; idem tenet Vulpell. in tract. de pace quæst. 28. vbi dicit, pacem esse validam propter publicam vtilitatem, & inimicitias tollendas. Item adde, quòd ille, qui paciscitur cum parte, vel illam pecunia corrumpit, ne accedat ad Curiam ad illum accusandum, non euadit infamiam, & nihil sibi prodest compositio quo ad Curiam, ac si nihil fecisset, secundū Girland. in tract. de relaxat. carcerat. in rub. de pœnar. compos. numero 10.

67 Item † adde, quòd quando quis dicit, se facere plenam remissionē, dicuntur damna remissa, & actio iniuriarum, Alex. & Ias. in l. si tibi §. quædam ff. de pact. post Bald. in c. 1. §. iniuria, n. 7. de pac. iura. firm. Roman. in l. 1. num. 7. ff. ad Syllan. & Alex. in d. §. quædam, dicit, quòd si verba remissionis ita lata sint, quòd vltra iniuriam remitterentur, deuastationes, & expulsiones, tunc censerētur remissa damna, vt d. verba aliquid operarentur: sed Rimin. iun. in cons. 103. nu. 41. vol. 1. & in cons. 134. nu. 47 cū seq. tomo 1. inter cons. crim. diuers. contrarium tenuit, damnando Alex. in d. l. si tibi. §. quædam ff. de pac. ideo vide eum, & idem esset, si dictum fuisset in pace, quòd omnis iniuria remittebatur, Vulpell. in tract. de pace, quæst. 29.

68 Item † adde, quòd remittens iniuriam pretio, non vi-

*in practica seruatur, quod huiusmodi remissiones fiunt*

x *notario, stipulanti nomine omnium, quorum interest: & sic cessat omnis difficultas; valet enim pax ita cōtracta, & prodest cuicūque eius beneficio vti volenti, perinde ac si esset in ipso contractu specialiter nominatus. Et ita declarauit Senatus in causa Lucij Maynardi 19. Decēb. 1560. Hæc tamen intellige, vt procedant in pace, seu remissione solemni, quæ fit ad effectum, vt prosit etiā in foro iudiciali, non autem de ea, quæ fit in foro pœnitentiali, nā illa secundū omnes potest fieri sacerdoti, vel ēt alteri cuilibet tertio, etiāsi nemo sit, qui pro absente recipiat.*

y *Quarto modo, si facta sit*

38 *simpliciter pax pro iniuria, vulnere, vel morte, nunquid censebitur etiam facta remissio interesse pecuniarij respectu damnorum, & expensarum? Resp. quod non, ita tenet gl. in §. fi. in verb. Non reuocauerunt, Inst. de iniur. quam ita intelligunt, & sequūtur cōiter Scribentes, vt dicit Io. de Amicis, cōsil. 88. nu. 14. Hanc etiam dicit esse cōem opi. Didac. lib. 2. resolutionum, c. 10. post num. 6. vers. Quarto eodem. Villalp. super l. 22. c. 57. num. 4. Placa lib. 1. delictorum, c. 6. nu. 40. In dubio enim censetur propter æternam salutem solum rancorem animi remisisse, non autem damna quorū refectionem licitè petere, & consequi potest.*

z *Sed in proposito quæro,*

39 *quid si facta sit remissio iniuriæ, siue offensæ in foro conscientiæ, nunquid propterea censebitur sublatum ius accusandi? Resp. q. non: & est cōis opi. vt dicit Alex. in l. si tibi decem, §. quædā, nu. 1. ff. de pact. quem refert Dida. lib. 2. resolut. c. 10. post nu. 6. vers. Tertio, vt constat, & pract. Conradi, folio 411.*

a *nu. 32.* a *Aug. ad Ang. de malef. in verbo, comparēt, & produxerunt instrumentum pacis, n. 28. quē refert Pract. Conradi, fol. 411. nu. 33. Ias. in d. §. quædam, num. 2. & seq. in l. Diuus, num. 25. & seq. ff. ad Sylle. Pet. Bellus de re mil. fol. 148. num. 127. Placa in d. c. 6. post num. 46. Et est ratio, quia (vt dixi) non tenetur quis ex præcepto Euangelico remittere nisi rancorem, & odium.*

b *Adde,* b *quod etiāsi quis*

40 *ostendat, vel probet se restituisse rem ablatam, vel satisfeciße pro damnis, vel soluisse pœnam pecuniariam, in qua fuerat condemnatus versus partem, non propterea talis restitutio, solutio, vel satisfactio prodest volenti impetrare gratiam sine partis remissione, pro pœna corporali, vel exilio, in quo est cōdemnatus, sed opus est præcessisse remissionē partis. Et ita decisum fuit per Senatum in facti contingentia in quodam Nicolao Forbecano, qui fuerat pro homicidio condemnatus ad triremes per triēnium, & in scutis 50. versus partem: nam cum in approbatione gratiæ triremium produxisset instrumentum solutionis scutorum 50. factæ patri ipsius interfecti, fuit reiecta gratia, et opus fuit illi habere ab eo plenam pacem, & remissionem, qua habita, fuit deinde gratia approbata 10. Decemb. 1560. A. C. Quod nota: quia multi falluntur credentes contrarium.*

*Et aduerte, quia non modo ipse principalis homicida non admittitur ad gratiam sine remissione par-*

detur remittere damna, expensas, & interesse, quæ ex iniuria sibi illata potest prætendere; nisi & illa remiserit, Gomes. de delict. cap. 6. num. 13. & Rimin. iun. in consil. 103. num. 39. vol. 1. & in cons. 134. num. 48. tomo 1. inter cons. crim. diuers. & ibi sub num. 53. dicit, quòd non censentur remissa damna, & interesse, etiam q. præcessisset instrumentu pacis, in quo promissum fuisset cum iuramento, reficere damna, interesse, & expensas, & postea in alio instrumento facta fuisset generalis renunciatio, aut remissio, cum non intelligatur derogatum illi conuentioni iuratæ, etiam si dictum fuisset in secundo instrumento, non obstantibus quibuscunque pactis, & capitulis, vnde iure merito Bald. in d. §. quædam. dicit, quòd sis benè cautus, vt facias tibi remitti damna, & interesse, si vis, quòd plena sit remissio.

69 Item adde, † quòd si inter partes facta sit cassatio, & annullatio processuum, iniuriarum; & condemnationum, censetur etiam remissa pœna conuentionalis, iam incursa ob fractionem pacis, siue treugæ, Io. Franc. Terzanius consil. 503. & 504. inter consil. crimin. Bertaz. volum. 2. *Baiard.*

z *Sed in proposito quæ-*

70 *ro.*] Adde, quòd † quādo fit remissio plenissimè, tunc damna, & expensæ præsumuntur remissæ, Plac. Epit. delict. capit. 6. numer. 40. Menoch. de præsumpt. libro 3. præsumptione 114. numero sexto. & Mascard. de probatio. conclus. 902. numero 31. præsertim, quando est vir probus, clemens, & quietè viuit, secundum Afflict. in cap. 1. §. iniuria numero 111. in fine de pace iur. firm. *B.*

a *Num. 32.*] Farinac. d. quæst. 105. vt supra num. 367. *Ros.*

b *Adde quod etiam.*] Adde, quòd idem tenet Boss. in furto, in quo non sufficit, quòd fur satisfaciat, sed requiritur remissio partis, si extat statutum, vel consuetudo, vt non remittatur delictum, siue offensio sine pace; quia

71 differunt † inter se, remittere iniuriam, & consequi satisfactionem, ita in titul. de remed. ex sola clem. num. 26. cum seq. *Baiard.*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

c *Scias etiam, quod senatus.*] Adde, quod †Nell. in tract.
72 bannit. 3. par. 2. temporis quæst. 38. num. 14. tenet, quòd remissio possit probari per testes, quem refert, & sequitur Carauit. in ritu 275. num. 15. cum seq. vbi dicit, hoc esse verum de iure communi, illud comprobans, quia multi sunt casus, in quib. de necessitate requireretur scriptura, vt patet ex gl. c. 1. §. post. de cõs. quæ enumerat viginti nouem. & Spec. de instrum. edit. §. restat vers. sic. sed si vnus & nõ reperitur casus iste, & ita in terminis tenuit Catald. de synd. quæst. 99, quem refert Vulpel. in tract. de pace quæstio. 66. subdẽs tamẽ, quod Curia pacem, nisi instrumento probetur, admittere non consueuit; & quod vidit seruari in Curia Vrbini, Marchiæ, Perusij, & Romæ illud, quod seruatur in statu Mediolani, sed quod est contrariũ de
73 iure Regni † per d. ritum, quo disponitur, quòd duobus modis constare debet Curiæ de remissione partis offensæ, vel, quòd querelans ipse accedat ad iudicem, & dicat, quòd non vult iustitiam de denunciato, vel, quod appareat per instrumentum publicum de tali remissione, & vt tollantur fraudes, fuit prouisum per regiam pragm. incip. *vna delas causas*, quòd remissiones debeant fieri per instrumẽtum coram Iudice.

Item adde hic incidenter: quòd instrumentum pacis, nec alius actus exterior est necessarius cum inimico pro salute animæ pacisc entis, siue iniuriã remittentis, sed sufficit dilectio, & sacerdos tenetur absoluere confitentem, licet non velit peruenire ad actum exteriorẽ pacis, Odd. de rest. in integr. quæst. 85. artic. 7. nu. 54. contrarium autem tenuit Ludou. de Beia. in respons. casuum conscien. casu 10. sed ego audiui, quod vtraque opinio seruatur secundum voluntatem Episcoporum. *Baiard.*

d *Si tamen senator.*] Vulpell. resp. 55. vbi etiam quomodo differat a reconciliatione. *Ros.*

*tis, sed neque etiam ille, qui pro simplici auxilio ad homicidium, sit condemnatus in pœnam pecuniariam, si velit ab ipsa pœna gratiam reportare, prout sæpè fit tempore, quo publicantur decreta gratiosa. Et ita rescripsit Senatus iudici maleficiorum Papiæ 10. Maij 1559. P. N.*

c *Scias etiam, quod Senatus non solet admittere probationem pacis, nisi per publicum instrumentum, & vidi plerunque repulsam dari ijs, qui volebant illam probare per testes, vel per fides subscriptas, etiam a personis fi-*
d *de dignis.* d *Si tamen Senator, & fiscalis attestarentur pacem coram se factam, & delictum non esset valdè graue, fortè admitteretur, prout in facti contingentia admissa fuit gratia cuiusdam Ioan. Angeli Cardani, qui insolen-*

e *P. N.*] Vide Mastril. de indultu. cap. 24. nu. 43. 44. & 45. *Ros.*

f *Nunquid iudex.*] Intellige, quod iudex non potest partes componere, antequam delinquens non fuerit legitime punitus. Matth. in comm. opin. diuers. fol. mihi 344. ver. licet 2. ad idem, & per Iacob. de S. Georg. in l. transigere. in fi. C. de transac. & in l. si vero. in princ. *Giach.*

*ter se gesserat cum quodam Doctore, qui iniuriam verbo remiserat me præsente, & vno ex fiscalibus: nam nobis id attestantibus fuit gratia approbata, 3. Octobr. 1559.*

e e *P. N.*

41 *Pro complemento huius*
f *materiæ quæro,* f *nunquid iudex, seu officialis regens prouinciam possit cogere offensum, vt iniuriam remittat, & pacem faciat cum offendente. Resp. quod non, ita tenent Bal. in l. 1. §. quies, nu. 2. ff. de offic. præfect. vrbis, & est communis op. vt attestatur Mar-*
g *sil. cons. 98. n. 6.* g *Aequitatis enim ratio non patitur, vt quis cogatur inuitus offẽsam remittere, præterquam in foro pœnitentiali. Debet ergo iudex suadere, nõ cogere subditos, vt pacem faciant. Vi-*
h *de, quæ dixi supra libr. 2.* h *§. Iudex.*

*Nunquid iudex.*] Adde † Vulpell. in tract.
74 de pace quæstio. 3. vbi plenè, & ponit duas limitationes, & an Papa, & Princeps, possint cõpellere ad pacem, & ibi tenet, quòd Iudex potest cogere ad treguã,
75 idem † tenet Viui. opi. 424. sub num. 4. sed si diù inimicitia duraverit, vel si ex inimicitia reipublicæ posset preiudicium inferri; dicit tamẽ, quòd hoc nunquã vidit seruari per Iudices ordinarios.

76 Item † adde, quòd si Iudex compelleret aliquem ad pacem, nõ teneretur ædicto, quòd metus causa, quia non facit ad suum commodũ, & quia propter vtilitatem publicam mo-

tur, Bal. in l. continent ff quòd. metus causa, quem sequitur Deci. in cons. 42. sub num. 6.

77 Item † adde, quod sunt triginta, quæ ab hominibus tolluntur, & pacem impediunt. Luc. de penn. in l. 1. in verb. pacis in 5. quæst. C. de public. lætit. lib. 12. & Archidiac. in c. nulli, 25. quæstione 1. Bald. in prohem. decretal. & glo. in c. ad Apostolicæ. de re iud. lib. 6. Abb. in c. fin. de restit. spoliat. in 3. col. ponunt sex casus, propter quos non seruatur pax.

78 Item adde, an Iudex possit cogere partes ad concordiã, quando de lite graui scandalum timetur, latè per Luc. de pen. in l. 1. num. 11. C. de Irenar. lib. 10. *Baiard.*

g (*Aequitatis. n. ratio.*] Farinac. q. 107. allegata supra in princ. art. 1. nu. 30. *Ros.*

h §. *Iudex.*] Quomodo autẽ violetur, vide Vulp. cõs. 51. cons. 8. nu. 2. cons. 67. nu. 5. & cons. 82. nu. 11. *Ros.*

# QVAESTIO LIX.

## Quid si reus per gratiam à Principe liberatus fuerit.

*SVMMARIA.*

Ex Claro.

1 *Vbi reus exhibet gratiam sibi à principe concessam, non est vlterius molestandus.*
2 *Princeps supremus potest pœnas delictorum remittere, tã corporales, quam pecuniarias, etiam post sententias in iudicatum transactas.*
3 *Potest etiam pro bono pacis remittere iniurias, & damna singularium personarum absque earum consensu.*
4 *Regulariter princeps non concedit gratiam delictorum, nisi pœnia partis remissione.*
5 *Ille, cui princeps dicit, Facio tibi gratiam pro delicto, an recuperet bona.*
6 *Et an recuperet etiam bona alienata.*
7 *Et an recuperet etiam fructus.*
8 *Et an hæreditatem alteri delatam.*
9 *In impetratione gratiæ exprimenda sunt ea omnia, quæ principem ab ipsius gratiæ concessione retrahere potuissent.*
10 *Gratiæ à principe concessæ debent à senatu approbari.*
11 *Decreta gratiosa an trahantur ad delicta futura.*
12 *Et an ad delicta commissa sub spe decreti.*
13 *Et an comprehendant condemnatos pro crimine falsi.*
14 *Et an prosint carceratis.*

Ex Additionibus.

1 *Absolutus, vel gratiatus per Regem, vel Locumtenentes cõtra expressam formam decreti, vel Statuti, non debet puniri sed relaxandus est, ne sub fide regia decipiatur.*
2 *Bannitus ex crimine infami, si cancelletur simpliciter intelligitur etiam restitutus ad famam.*

Lim.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

3 *Lim. niſi eſſet conuictus per aliud genus probationis, quam ex contumacia.*
4 *Item niſi fuiſſet cancellatus, quia ſoluiſſet pœnam.*
5 *Gratiatus de delicto, an cenſeatur reſtitutus ad famam, & honores, remiſſiuè.*
6 *Princeps an poſſit remittere pœnam applicandam parti.*
7 *Princeps in caſibus, in quibus non poteſt remittere pœnam applicandam parti, poteſt imponere parti ſilentium, & ei denegare audientiam.*
8 *Dominis duobus exiſtentibus, quorum vnus habeat ex conuentionem regimen pro duobus annis, non poteſt remittere pœnam bannitus ad dictam conuentionem.*
9 *Gratia non probatur per teſtes, ſed per ſcripturas.*
10 *Et quid de gratia facta ab inferiori.*
*Gratia, quæ non eſt contra, ſed ſecundum ius, poteſt probari per teſtes.*
*Item ſi gratia ſemel ſcripta caſu fuerit amiſſa.*
*Et plus fuiſſe dictum, quam ſcriptum.*
11 *Gratia facta mediante pecunia an dicatur verè gratia.*
*Et an reuocari poſſit, num. eod.*
12 *Gratia facta bannito, non tamen adhuc munita ſigillo, ſi bannitus ſub eius clypeo reuertatur, non poteſt puniri, ſed debet curare ſigilli appoſitionem.*
13 *Gratia conceſſa verbotenus, an expiret per mortem concedentis.*
14 *Et quid ſeruetur in Curia Romana.*
15 *Princeps omnes pœnas poteſt remittere, & augere.*
*Gratia a Principe conceſſa pro delicto in ſuo territorio commiſſo, non eximit delinquentem a pœna in alio territorio imponenda, num. eod.*
16 *Princeps an poſſit gratiare homicidam ex animo deliberato.*
17 *Barones non poſſunt inconſulto Principe gratiare bannitos.*
*Etiam ſi bannum non recepiſſet perfectionem, ibid.*
*Etiam ſi de innocentia banniti conſtaret, ibid.*
*Et in condemnatione ex cauſa ciuili, ibid.*
18 *Limit. quando bannitus plures bannitos apprehendiſſet.*
19 *Iudex quando poſſit gratiare bannitos, remiſſiuè.*
20 *Barones, licet habeant merum, & mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem, non poſſunt gratiare poſt ſententiam.*
21 *Barones Regni Neap. gratiant vaſſallos ante ſententiam, & parte concordata.*
22 *Princeps Biſiniani poteſt componere etiam parte non concordata.*
23 *Barones prædicti componunt poſt ſententiam, ſi ab ea fuerit appellatum.*
24 *Etiam quod eſſet cauſa introducta in magna Curia Vicariæ ſi habent primas, & ſecundas cauſas.*
25 *Barones prædicti non cognoſcunt de crimine hæreſis, læſæ Maieſtatis, & falſæ monetæ.*
26 *Compoſitiones non fiunt in Regno Neapolitano pro nefando vitio, & blaſphemia.*
27 *Compoſitiones quomodo ſint faciendæ.*
28 *Barones abutentes poteſtate in gratiando vaſſallos, poſſunt priuilegijs priuari.*
29 *Gratia conceſſa de facto, non prodeſt, niſi obtinens credidiſſet concedentem habere poteſtatem.*
30 *Poteſtas gratiandi Principi reſeruata, non cenſetur translata in feudatarium generaliter de Regalibus inueſtitum.*
31 *Barones non poſſunt remittere pœnam infamiæ.*
32 *Nec concedere gratiam, niſi ad pœnam eis applicandam.*
33 *Epiſcopus non poteſt gratiare condemnatum ad perpetuum carcerem.*
34 *Barones quando poſſint facere gratias, remiſſiuè.*
35 *Banniti capitaliter in ſtatu eccleſiaſtico non poſſunt rebanniri per Gubernatores, & alios officiales.*
36 *Etiam ſi eſſent banniti, pro homicidio caſuali.*
37 *Princeps quando poſſit remittere iniuriam, & damna alterius pro bono pacis.*
38 *Princeps non poteſt remittere pœnam parte non concordata.*
39 *Et quando id poſſit, remiſſiuè.*
*Et quando partes poſſint cogi ad pacem, remiſſiuè, ibid.*
40 *Princeps quando poſſit pœnam remittere.*
41 *Et quid de iudice, ordinario, vel delegato.*
42 *Princeps remittens pœnam non concordata parte, mortaliter peccat.*
43 *Et quid in multa ex vera contumacia.*
*Farinac. impugnatur, ibidem.*
44 *Compoſitio non poteſt fieri in Regno Neapol. non concordata parte.*
*Et requiritur pro forma, vt remiſſio præcedat, ibid.*
*Et quid ſi pars non quere lauerit.*
*Et quid in tranſactionibus.*
45 *Niſi delictum fuerit commiſſum in perſona incognita.*
46 *Remiſſio in d. Regno non poteſt fieri per procuratorem ſine ſpeciali mandato, & quare.*
47 *Et quomodo debeat fieri remiſſiuè.*
48 *Et an ſufficiat remiſſio ſolius offenſi.*
49 *Et quomodo de ea conſtare debeat.*
*Et non præcedente partis remiſſione, officiales non poſſunt facere cauſæ relationem ad inſtantiam petentium compoſitionem, num. eod.*
*Compoſitio facta contra formam prædictam eſt nulla, & ea non obſtante compoſitus debet condemnari, nu. eod.*
50 *Et ſi fiat ſine remiſſione partis, ad quos iudices ſit recurrendum, remiſſiuè.*
*Et an ipſemet iudex, qui compoſuit, poſſit compoſitionem reuocare, num. eod.*
*Et datum pro compoſitione erit reſtituendum, ibid.*
*Nullitas ex iiſdem actis a quocumque iudice, & inferiori poteſt recognoſci, ibidem.*
*Et an teneatur neceſſario ſuper nullitate pronunciare, ibid.*
*Et quid ſi fuerit petitum prouideri ſuper nullitate, ibid.*
*Officiales Baronum habent laxiores habenas in faciendis compoſitionibus in Regno prædicto, quam officiales Regij.*
51 *Pacem exposcentes per vim, & metum in ſtatu eccleſiaſtico incurrunt pœnam læſæ Maieſtatis.*
*Officiales Baronum in d. Regno an poſſint commutare pœnam mortis inconſulto Prorege, nu. eod.*
*Et quid debeant conſiderare dum componunt, nu. eod.*
*Compoſitio non poteſt fieri in d. Regno in crimine blaſphemiæ, & ſodomiæ, nu. eod.*
52 *Princeps an poſſit gratiare quo ad pœnam corporalem, & intereſſe publicum ſine pace.*
*Gratia facta ſine pace parti non nocet, nec iuribus ſuis, num. eod.*
53 *Reus obtinens gratiam ſine pace, debet exulare à loco delicti.*
54 *Gratia interinata, an, & quando gratiatus poſſit puniri.*
55 *Et à quo Iudice ſit approbanda.*
*Compoſitio non poteſt fieri in atrociſſimis inconſulto Principe, nu. eod.*
*Compoſitio non debet fieri cum illis, qui pluries deliquerunt, num. eod.*
*Compoſitio cum famoſis latronibus non poteſt fieri in Regno Neapol. num. eod.*
56 *Reſtitutio gratioſa quæ dicatur, remiſſiue.*
57 *Reſtitutus à Principe recuperat bona prohibita alienari pro familia ad familiam deuenta ob confiſcationem.*
58 *Etiam quod ſit reſtitutus ſine alterius præiudicio.*
59 *Gratia quomodo probetur.*
*59 *Exemptus a banno quando ad famam reſtitutus intelligatur.*
60 *Gratia ſimpliciter facta, cenſetur facta ſecundum ſtylum gratiantis.*
61 *Diſpoſitio omnis capit interpretationem à ſolito.*
62 *Reſcriptum Principis de bonis alienatis an extendatur ad bona acquiſita per Baronem.*
63 *Et an ad bona feudalia, & emphyteutica.*
64 *Et quomodo ſit facienda, vt comprehendat bona alienata.*
65 *Et an ſit opus noua apprehenſione poſſeſſionis.*
*Gratia quando trahatur ab bona alienata, remiſſiuè, ibid.*
66 *Et an ad fructus perceptos ex bonis publicatis.*
67 *Et an ſi trahatur fiſcus teneatur ad reſtitutionem pretij, fructus, & de euictione.*
68 *Et quid ſi Princeps ea bona donauerit, & donatarius ea vendiderit.*

*Vſus-*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

69 *Vsusfructus amissus per confiscationem, an recuperetur per restitutionem, & gratiam.*
70 *Restitutio plenissima an extendatur ad bona alienata.*
71 *Potestas Principis est absoluta, & ordinaria.*
*71 *Gratiam petens non dicitur fateri delictum.*
72 *Impetrans gratiam pro secundo homicidio an debeat facere mentionem primi.*
73 *Gratia quando dicatur subreptitia, remissiuè.*
74 *Et quando ex taciturnitate vitietur.*
*Et quando vitietur ipso iure, ibidem.*
75 *Et quid si in gratia adsit clausula, quòd de subreptione, & obreptione dici non possit.*
76 *Gratia Principis festo Natalis, & Paschatis tollit vitiũ subreptionis, & censetur motu proprio.*
77 *Litteræ quare dicantur obreptitiæ, & quare non valeant.*
78 *Subreptio ex facti expressione generali non euitatur, nisi exprimatur modus.*
79 *Generalis locutio non redditur subreptitia, licet in aliqua minima spetie non verificetur sub genere inclusa.*
80 *Subreptio omnis ingratiosis vitiat ipso iure.*
81 *Clausula vt petitur, ex certa scientia, motu proprio, non obstãtibus, quando tollant subreptionem, & quid operentur, remissiue.*
82 *Et quid si in gratia non dicatur ad postulationem, sed postulatio gratiam præcedat.*
83 *Gratia signata, fiat, vt petitur, non dicitur signata motu proprio.*
84 *Et quid si Papa manu propria scripserit motu proprio, & asserat se facere ad instantiam partis.*
85 *Impetrans an teneatur probare exposita esse vera, vel excipiens opposita.*
86 *Gratia obtenta non expressa qualitate delicti, ob quã Princeps potuisset non concedere, est nulla.*
87 *Qualitates an sint narrandæ, remittitur arbitrio Iudicis.*
88 *Impetrans remissionem pœnæ iam solutæ debet narrare, se iam soluisse.*
89 *Item etiam causam, ex quæ pœna fuit imposita.*
90 *Gratia in crimine læsæ Maiestatis non valet sine clausula, Motu proprio.*
91 *Iudex non potest dicere indulgentiam Principis præsentanti, quòd fatcatur delictum, alias non vtetur.*
92 *Narrans in precibus se non animo deliberato homicidium cõmisisse, si ex actis contrarium potius appareat, poterit torqueri pro veritate sine ipsius iniuria, nisi alio modo vellet peri ipsum ostendere, exposita esse vera.*
93 *Indultus comprehendit delicta tempore concessionis nondum detecta.*
94 *Et an comprehendat delicta futura, remissiue.*
95 *Delictum futurum non potest per Principem remitti.*
96 *Restitutio finita guerra extenditur etiam ad mortuos.*
97 *Delinquens sub spe impunitatis non est tutus.*
*Abolitio quid sit, & quotuplex, nu. eod.*
*Barones in Regno Neapolitano an possint facere indultum in eorum statu, num. eod.*
*Et quando, quibus ex causis, & quomodo, nu. eod.*
*Indultus Regij an extendantur ad vassallos Baronũ, nu. eod.*
*Indultus priuatus quid sit num. eod.*
*97 *Abolitio, & indulgentia in quo differant.*
98 *Remissio generalis an extendatur ad crimen falsi, & quando, & nu. 102.*
99 *An ad homicidium commissum proditorie.*
100 *An ad crimen læsæ Maiestatis.*
101 *An ad solitos delinquere, & iterum gratiatos.*
103 *Abolitio generalis quæ delicta comprehendat.*
*Et an delicta commissa in officio, nu. eod.*
104 *Et an crimen assassinij.*
105 *Et an extendatur quò ad restitutionem rei ablatæ.*
106 *Indultus de omnibus delictis præteritis, intelligitur parte concordata.*
107 *Abolitio, & indulgentia quomodo differant, remissiuè.*
108 *Remissio generalis an extendatur ad carceratos.*
109 *Abolitionis effectus, remissiuè.*

## ADDITIONES Ad Quæst. LIX.

2 *Lia est defensio.*] Farin. vol. 1. suæ prax. tit. de inquisit. q. 6. Ros.
*Alia est defensio.*] Ad-

## QVÆST. LIX.

a 1 *Lia est defensio, cũ reus proponit delictũ sibi a principe remissum fuisse. Sciendũ est enim,*

1 de, † quòd stante decreto regio, siue statuto, quòd quis nõ possit de certis delictis in eodem decreto expressis per Regem, siue Principẽ, vel eius locumtenẽtem generalẽ, & alios quoscunque Regios officiales, & ministros absolui, aut guidari cum clausula, quod si contra decretum fiunt gratiæ delictorum, & guidatica sint ipso facto nullæ, & nulla; absolutus, siue guidatus per Regem, seu eius locumtenentem de delictis in d. decreto absolui, & guidari prohibitis, de dictis delictis non debet puniri, sed est relaxãdus, ne sub fide regia sit deceptus, ita decisum fuit per Regium consilium Cathaloniæ, vt attestatur Peguer. in quæstio. crimin. cap. 39.

2 Item † adde, quòd bannitus pro crimine, ex quo irrogatur infamia, si cancellatus fuerit à banno ab habente potestatem, nulla facta mentione restitutionis, ad famam intelligitur restitutus, maximè si bannum sit in contumaciam latum, & non † in conuictum per aliud genus probationis, quàm per contumaciam; & nisi cancellatus fuerit ex eo, quòd pœnam soluerit, † ita latè per Alex. in cõs. 112. vol. 2. & an gratiatus de delicto censeatur etiam restitutus ad famam, honores, & dignitates, † vide omnino, Odd. de rest. in integ. 2. q. 92. cum seq. Ghirlan. de relax. carcer. tit. de benef. & indul. princ. q. 1. & quæst. 6. & Rol. cons. 45. num. 3. vol. 4.

6 Item adde quod † Princeps non potest remittere pœnam parti offensæ applicandam, Gram. cons. 34. & plenè Menoch. de arbitr. q. 96. quando pœna debetur de iure naturali, vel gentium: sed si pœna debetur de iure ciuili, vel municipali, vel ex priuilegio Principis, tunc valet remissio. Menoch. de arbitr. iud. in 5. centur. vltimò impressa in casu 447. nu. 17. sed in casibus, † in quibus Princeps nõ potest remittere pœnam applicatam parti, potest tamen parti imponere silentium, & illi prohibere audientiam, vt tenent ferè omnes in l. Gallus, §. & quod si tantũ, & latè comprobat Curt. iun. in cons. 310. num. 72. cũ seq. volum. 3. & ad prædicta vide omnino addent. ad consil. Bertaz. 163. volum. 1.

*quòd potest supremus princeps pœnas delictorum delinquentib. remittere, & indulgere, vt dicit gloss. in l. 2. in verbo, Concedi. C. de in ius vocando, quæ est communiter ab omnibus approbata, vt dicit Paris. consil. 1. num. 1. lib. 4.*

7

8 Item † adde, quòd si sunt duo Domini, quorum vnus ex conuentione habeat regimen, vt puta pro duobus annis, non potest pœnam remittere bannitis, seu condẽnatis ante dictam conuentionem, & dicti banniti non erũt tuti finito biennio, sed poterunt molestari, secundum Rimin. iun. cons. 33. per totum, vol. 1.

Item adde, quod iudex non potest impetrata indulgentia à Principe dicere reo fatearis prius delictum, alias nolo, vt indulgentia Principis vti possis, Afflict. in cap. 1. §. naturales in 4. notab. si de feud. fuer. controu. int. dom. & agnat. & Gabriel. comm. opin. libro 7. de malef. concl. 23. in fine.

9 Itẽ † adde, quod gratia Principis, licèt quantum ad validita-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

liditatem non requirat scripturam, tamen quò ad probationem requirit, & per testes probari non potest, Boss. de remed. ex fol. clem. Princip. nu. 54. Boer. decis. 348. nu. 5. Cott. in memorab. in verb. gratiam a Principe, Natt. in cons. 402. num. 31. & in cons. 420. nu. 11. reddit rationem, quare gratia requirat scripturam ad probationem, sed qualitates gratiæ possunt probari per testes. Abb. in cap. audi-

2 *Et[b] hæc quidem conclusio*
b *generaliter intelligenda est, vt scilicet possit princeps om-*
c *nes[c] pœnas remittere tã corporales, quam pecuniarias, etiam per sententiam, & cõdemnationem inflictas, etiam si talis sententia in rem iudicatam transiuerit: & ita firmant omnes indifferenter, vt dicit Paris. in d. consil. 1. num. 59.*

tis in 2. notab. de restit. in integr. & Felyn. in c. 2. colum. 7. de probat. & Soc. cons. 287. Rot. decis. 231. Bellam. decis. 746. sed vide etiam Cassan. super cõsuet. Burg. fol. 237. num. 180. & ibi n. 185. attestatur, quod fuit admissa probatio gratiæ per testes; & di-

10 cit † etiam, quod gratia facta ab inferiori potest regulariter probari per testes; vide etiam infra, vers. quæro nunquid. sed ad prædicta videndus est Ripa in rubr. de const. nu. 51. cum seq. vt dicit, quod quando gratia non est contra ius, sed secundum ius, potest probari per testes, & simiiter si agatur de probando tenorem gratiæ simul scriptę, sed casu amissæ: & quòd etiam probari potest plus fecisse dictum, quam scriptum.

11 Item † adde, quòd gratia facta mediante pecunia verè dicitur gratia, non obstante pecunia, si gratia præponderet, Socin. cons. 4. colum. 2. volum. 2. Cur. sen. consilio 49. colum. 3.

Item adde, quòd gratia Principis capta pecunia reuocari non potest, ex quo transit in contractum irreuocabilem, Bald. in l. qui se patris, C. vn de liberi, vers. hoc scias Rom. sing. 457. an iudex, Felyn. in c. 1. de probat. & Brun. cons. feud. 12. col. 10.

12 Item † adde quod gratia facta bannito, licèt sigillo nõ fuerit insignita, tamen sub clipeo litterarum reuersus nõ debet decapitari; & potest curare, vt sigillum apponatur impunè. Mandos. in glos. ad officium cancellariæ in §. vt proprium in gl. sigillum col. 6. pag. 311. vbi dicit, euasisse quendam a pœna mortis: & in hac materia gratiæ vide omnino D Odd. in tract. de rest. in integr. q. 92. vbi plene.

13 Item adde, † quòd si gratia tantum verbo conceditur, aut fiat, non reuocatur morte concedentis, sed debent litterę fieri tempore successoris, faciendo mentionem de

14 concessione prædecessoris, & est hodie practica † in Curia Romana, vt si Pontifex, qui fecit gratiam, moriatur ante bullas expeditas, successor concedat bullas, & super hoc adest reg. cancellariæ, quæ est octaua in ordine, incip. Item voluit, quod concessa per prædecessorem, & ad prędicta vide Cassan. in consuet. Burg. fol. 237. nu. 180. cum seq. vbi latè. *Baiard.*

b *Et hæc quidem.*] Cartar. de execut. sentent. c. 3. nu. 58. & 60. *Ros.*

*Et hæc quidem.*] Adde, quod † sicut Princeps omnes

15 pœnas remittere potest, ita quoq; per contrarium illas augere potest, & maiores inducere, Alciat. in l. quos nos hostes, ff. de verb. sign. & Soc. iun. cons. 68. nu. 48. vol. 3. & in his statur Principis voluntati, etiam q̃ inordinatè processerit, seu procedi iusserit ad pœnas capitales, vt latè idē Soc. in consil. 92 vol. 2. & qui non vult stare eius voluntati, contrarium faciat, si potest.

Itē adde, quod gratia à Principe cõcessa pro delicto in suo territorio commisso, non liberat delinquentem à pœna in alio territorio imponenda, Oldr. cons. 73. & Boss. in tit. de foro compet. num. 85.

16 Item adde, quod † Plot. in cons. 73. num. 45. vsque ad fin. multum eleganter tenet, quod Imperator, Rex, nec alius Princeps non potest facere gratiam, nec liberationē pœnæ mortis homicidæ, qui animo deliberato occiderit, etiam si vtilitas publica suaderet, & quod pacē, & remissionem ab offenso obtinuisset, de quo vide ea, quæ nouissime tradit Farin. quæst. crim. in q. 6. nu. 15. cum seq. vbi latissime de hoc articulo tractauit. *Baiard.*

c *Pœnas remittere.*] Farinac. tit. de inquisit. d. q. 6. vol. 1. num. 1. *Ros.*

d *Et[d] dixi, quod potest princeps, quia ad ipsum solum spectat gratias facere delictorum, licet de facto, vel de*
e *consuetudine[e] barones seruent contrarium, vt dicit Iacob. de Beluis. in practic. crim. in tit. de sentent. crim. num. 10. in fin. Bald. in l. seruos, C. ad leg. Iul. de[l] vi. pub. quem refert Boss. in tit. de remed. ex sola clem. num.*

d *Et dixi, quod potest Princeps.*] Adde, † quod hoc procedit, etiamsi bannum perfectionem non recepisset, & de illius banniti adhuc carcerati innocentia cõstaret, nam adhuc restitui nõ poterit, sed opus erit Principem consulere, l. 1. §. vlt. & ibi Mars. nu. 46. ff. de quæst. post Bar. & alios, Ruin. cons. 21. nu. 2. lib. 4. procedit etiã in condemnatione ex causa ciuili, Aret. cons.

18 89. Fallit † tamen, quando bannitus plures alios bannitos apprehenderit, & eos ad Ciuitatem conduxerit, à qua ipse, & alij erant banniti, tunc enim solus Iudex poterit rebannire; tex. est singularis in l. non omnes, §. fin. ff. de re milit. quem notat Roman. sing. 538. nullus, Menoch. de arbitr. iud. q. 92. nu. 5. cum seq. & Farin. q. crim. q. 6. num.

19 10. cum seq. vbi posuit multas ampliationes, & limitationes, † an Iudex possit gratiare bannitos. *Baiard.*

e *Barones seruent contrarium.*] Adde, quod penes istos Regulos, seu feudatarios inoleuit practica, quod quando eorum Potestates relegant aliquem ad tempus, vt est infra quæst. 71. versic. fin. subijciunt clausulã, Plus, & minus arbitrio præfati D. Feudatarij; nam aliàs, non reseruata sibi tali facultate, sicut augere, ita nec minuere bannum possent, vt est dictum Bart. quem citat Ias. in l. centesimus, §. si ita stipulatus, in fin. ff. de verb. oblig. Aduerte tamen feudatarij Potestas, quod facta condemnatione ad mortem non potest facere gratiam feudatarius tuus, sed superior Princeps, vt hic, alias dici solet; Quod absoluere, & condemnare sunt sub eadem specie iurisd. vt per Dec. in l. nemo qui condemnare sub num. 4. ff. de reg. iur. & quod principe non recognoscentes superiorē possint restituere, & gratiam facere Alciat. tract. de præsumpt. reg. 3. præsumptione octaua, in princ. adde dicta per Dec. in l. Bona fides, nu. 5. cum seq. ff. de reg. iur. quæ sunt ad materiam præsentis quæstionis. *Drogh.*

*Barones seruent contrarium.*] Adde, quod † Barones habentes merum, & mixtum Imperium, & omnimodã iurisdictionem in causa capitali, post sententiam non poterunt facere gratiam, Iacob. de S. Georg. in tract. de feud. in gl. cum mero, & mixto imperio nu. 9. & an consuetudo tribuat huiusmodi iurisdictionem gratiandi, & an prescribatur, cũ sit de regalibus, vide Cassan. in consuet. Burg. fol. 242. num. 12. cum seq.

21 Item adde, q̃ † in Regno Neap. oēs ferè Barones habent priuilegia gratiandi, siue componendi delicta, vassallorum ante sententiam, quando adest partis remissio,

22 exceptis † Principibus Bisignani, qui habent potestatē etiam parte non concordata, & dicta priuilegia interpretantur, vt ēt post sententiã componere, vel indulgere possint, pendēte † tamen appellatione, quãuis appellatio introducta fuisset in magna Curia Vicariæ, si Barones ha-

24 bent primas, & secundas causas; † ita Franch. in dec. 370. vol. 2. & faciunt tradita per Plac. in epit. delict. lib. 1. c. 39. nu. 27. & 28. Sed aduertendũ est, q̃ Barones non habent cognitionē criminis læsæ Maiestatis, hæresis, & falsæ mo-

25 netæ, † in quibus delictis se nullo modo intromittere possunt, cũ sint de reseruatis Principi, etiam quod in priuilegijs reseruata non fuissent, ad latè tradita p Isern. & Affl. in tit. quæ sint regalia, de vsib. feud. & de crimine sodomiæ, & blasphemiæ Dei, Iesu Christi, & gloriosissimæ

26 Marię Virginis componere nõ possunt, † per Reg. nouel. prag. Regis Philippi incipien. *con grandissima ragione* fol.

437. li-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

437. licèt dicta delicta punire valeant, & quomodo sint faciendæ remissiones, vt compositiones sint validæ, Carau.in titu 283.& 284.cum alijs duobus sequentibus: vide etiam quæ posui in versic.sequenti ibi,qu inimo in hoc
27 Ducatu,& de materia compositionũ,† & quomodo sint faciendæ, habetur per Carau.in d.ritibus,Ioã. Anton.de Nigr. c. 221. incip.exercere volẽtes, Fab. Monteleo, in sua praxi super quatuor litteris arbitr. in quinta parte per totam, Luci. Foller.& Nunc. Tartal. in comment.super pragmat.de compositvbi latissimè ad
28 sarũ titatem.Er Barones † in componendis delictis,si sua abũtuntur potestate,aggrauando Vassallos, priuilegijs, & sua iurisdictione priuari possunt per Regiam pragm. Caroli Quinti incipien.mãdamus sub tit.de Baronibus, & eorum officio, Afflict.in constit.rei vendicatione, & Ioan.Ant.de Nigr.in cap.grauamina,num. 50.vbi plenè de grauaminibus vassallorum tractauit.

f 11. f *In hoc tamen Ducatu Barones vel feudatarij non possunt gratias delictorum concedere, nisi id eis specialiter concessum fuerit in eorum inuestitura, prout in aliquibus criminibus exceptis concessum fuit* g *Ducibus Farnesijs, quando fuit eis infeudata ciuitas Nouariæ per Carolum V. Cæs.*

29 Item adde,quòd † gratia de facto concessa nõ prodest criminoso, etiam quòd impetrans ignorasset potestatem illius,qui gratiam concessit,& credidisset illum posse dare gratiam,sed poterit iterum per Principem capi,& detineri, ita tradit Cassan. in consuet. Burgund. fol. 244. vers.sed quia vtebatur de facto.

30 Item † adde,quòd hæc potestas sibi Principi reseruata in feudatarium etiam de regalibus in genere inuestitum, translata non censeretur.Felyn. in c.quæin ecclesiarum, col.12.de constit.Luc.de penn.in l.contra rempubl.C.de re milit.lib.12.Afflict.in tit. quæ sint regal. num. 68.& Osasch.decis. 101.numero 12.& Bartol.in l.acta,§. am-
31 plianda,ff.de re iudic.vbi dicit,quòd Comites,†& Barones pœnam infamiæ,vel aliam pecuniariam remittere nõ possunt,& Boss.in tit.de remed. ex sol. clem. Principum.numero quinquagesimoprimo dicit, feudatarios non posse
32 subditis suis concedere gratiam,nisi ad bona,& † pœnã,
33 quæ eis applicantur:nec Episcopus † potest remittere cõdemnatos ad carcerem perpetuum, cùm hoc spectet ad supremum Principem,secundum Ioan.Fab.in l.pœnam, C.de pœn.quem refert, & sequitur Cassan.in consuet. Burgun.fol.242.num. 11. Et an Barones,& feudatarij
24 gratias facere possint,† vide omnino nouissimè Farinac. quæstio. crimin. in quæstio.sexta, numero secundo,cum sequen.

35 Item adde, † quod in statu ecclesiastico legati etiam à latere,Gubernatores,& alijs officiales non possunt rebãnire,seu remittere capitaliter bannitos, vt per constit. 8. Pij II.de qua in Bullar.fol.81.& licèt loquatur de bannitis pro homicidio, fuit tamen extensa ad alios pro quocunq; capitali crimine bannitos,per Iul.II. in constit.V. fol.153.& postmodũ dict.constitutiones per multos alios Pontifices cõfirmatæ fuerunt,præsertim per Pium quintum in constitut.13.vers.& subsequenter sanctæ memor. fol.919.& nedum non possunt facere gratias,seu compositiones cum bannitis pro homicidio animo deliberato,
36 † sed nec etiam cum inquisitis,seu condemnatis de homicidio in rixa, seu casu fortuito, vel alio quouis modo facto,pro quo pœna ordinaria, vel extraordinaria imposita,vel imponenda esset,vt per Pium quartũ constitutione 104.fol.810.circa vero alia delicta possunt facere compositiones,& gratias,vt quotidie faciunt. *Baiard.*

f *In hoc tamen Ducatu.* ] Et quid de feudatarijs,Farin. sup.nu.3. *Ros.*

g *Ducibus Farnesijs.*] Supra quæst.57.versic.Habet ẽt, adde aliud speciale fuisse concessum, dictis Ducibus, vt videlicet possint vti,& non vti Decretis Mediolani disponentibus super donationibus,vt per Plot.in l.si quando, §.12.in fin.sic olim poterant gratiam concedere, & iura Principum exercere, quondam Illustrissimi Rolandus, & ceteri Marchiones huius Pallauicini status, qui erant absolutè Domini,vt attestatur Bellus cons. 57. Octauianus Vulpell.consilio suo criminali 57.nu.4. Et est notandum in proposito,quod ex quo Illustrissimi q. Rolandus Pallauicinus Marchio,& eius successores,qui in præsenti Pallauicino statu merum,& mixtum Imperium,atq; omnimodam potestatem,& iurisdictionem obtinuerunt,legisque condendæ auctoritatem habuerunt, vt ex allegatis Doctoribus,ac alijs,& patet in epistola posita in principio statutorũ dicti Pallauicini status, mediãte fœdere venerunt in deditionem quond. Serenissimorum Ducum Mediolani,vt patet ex relatis p Curt. iun.cons.21.maximè a num.6.cum seqq.quo ad plenariã potestatem eisdem Ducibus,& eorum successoribus subditi non fuerunt,vt per Alciat.tract.de præsumpt. reg.3. præsumpt.3.nu.9.Pyrrhus ad consuetud.Aurel.tit.de feudis c.1.ad fi.Menoch.de arbit.iud.lib.2.cent.4. casu 316. nu.29.hoc enim importat statutum in crim. 26. lib.2.tit. de crimine læsæ Maiestatis, faciunt tradita per Alex.cõs. 13.num.17.vol. 6. & ideo cum mediantibus talibus fœderibus facti sint socij,Parmenses,& Pallauicini,talia fœdera seruari debent, tametsi vterque status nunc gubernetur sub eodem Principe,vt est infra q.71. vers. Quæro modo,& per ea,quæ dixit Crau.tract.de antiq.temp.par. 4.vers.1.nu.55.cum seqq.idem Menoch.latè dicto tract. de arbit.iud.lib.1.q.100.maximè sub num.19.Curt. iun. cons.124.per totum,& per Fel.remissiuè in c.Rodulphus in verb.Comitatus de rescript. text.in l.non dubito,§.liberatorem ff.de capt. & postlim.reuers. latè Contar.in l. vnic.limit.3.tit.ratione iuris can.nu.22.cum seqq.C.si de mom.poss.&c.Alex.cons.140.in fi.vol.5.Habetur in diuina Scriptura Machab.lib.1. c.8.& ad ornatum dictorũ fœderũ,quæ omnino seruari deberent;audi lector, quid ex Menippo Antiochi legato apud Romanos retulit Liu. lib.4.Decad.3.in hæc verba;Esse puto tria fœderum genera,quibus inter se paciscerentur amicitias,Ciuitates,Regesque. Vnũ cum bello victis dicerentur leges, vbi enim omnia ei,qui armis plus posset dedita essent, ex his habere victos,quibus mulctari ipsiusius,atque arbitrium esse; Alterum, cum pares bello æquo fœdere in pacem, atque amicitiam venirent,tunc enim repeti, reddique per conuentionem res; & si quarũ turbata bello possessio sit, eos aut ex formula iuris antiqui,aut ex partis vtriusque commodo componi; Tertium esse genus, ( & hic est casus noster, ) cum qui hostes nunquam fuerint ad amicitiam sociali fœdere inter se iungendam coeant, eos neque dicere,neque accipere leges; Id enim victoris, & victi esse;ex eo genere,cum Antiochus esset, mirari se se, quod Romani censeant æquum ei leges dare:at dum hic dicitur, quòd feudatarij non possunt gratiam facere,nisi id expressè concessum sit, vt Serenissimis Farnesijs, adde quod de iure contrarium verum est; nam feudatarij, qui exercent imperium, & sic possunt condemnare ad mortem,etiam attento tali iure possunt absoluere, quia, qui potest vnum,potest & alterum, l. 3. cum ibi notat.ff. de re iudic.At quomodo confiscare, & condemnare possint feudatarij,distingue.vt per Menoch.de arbitr.iudic. lib.1.quæst.93.numero 3. supra ad quæst. 31. versic.Item quæro,contrarium tamen aliquãdo euenit,vt quis absoluere possit, non autem condemnare, vt per Menoch. d. tract.de arbit.iudic.lib.1.quæst.43.num.23.& quæstione 54.sub num. 4. Nota ergo, quod ideo feudatarius gratiã facere non potest, quia eius superiori hoc reseruatũ est, vt hic,& Menoch.d.tract.de arbit.iudic.lib.1.quæst.92. numero 23.& magis,atque magis nota Iudex,vt etiam in his,quæ tibi licita, & arbitraria sunt vigore legum, vel statutorum, semper quæras consensum a tuo Principe, cognitio enim liciti,vel non,semper est reseruata superiori, Plot.in l.si quando,§.8.sub numero 23.ad fin. C.vnde vi,argumento eorum, quæ dixit Boss. titul. de Principe sub num.87. *Drogh.*

*Adde*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca